decantauerat laudem diuinam. et ibat ad decantandam eternaliter in gloria celesti. et ibi multis coruscant miraculis: sicut etiam ante obitum fecerat ibidem multa miracula in testimonium sue vite sancte et opere. Et quibus approbat Montes ab eo taliter instituti cum solutione predicta. Et paucis diebus ante mortem dixit mihi quod non est bonum pro pauperibus aliter montem instituere. Sed etiam predicti impugnatores huiusmodi latrant contra pietatem et contra ipsum piissimum dominum nostrum Jesum christum ipsum Montem institutum primarium. Alia quoque reuelatio facta fuit patri fratri Bernabe de Zenis et patri fratri Antonio de Lodi. puencie sancti Francisci: quibus sepe rogantibus dominum Jesum ut succurrere dignaretur ciuitati Perusine que iure deo et aliorum usurariorum voragibus deuastabatur. Ipse dominus Jesus cuiuslibet eorum apparuit: dixit eis quod volebat in sequenti quadragesima mittere ibi patrem fratrem Michaelē de Larcano Mediolanensem quem faceret montem. Ipse autem beatus Michael tunc erat in partibus terre sancte: qui postea nuntio dei ad partes illas pueniens pro obedientia prelatorum disputat fuit ibi predicator: atque Montem cum denarii solutione ordinauit: sicut cum christus edocuit. Beato quoque Lherubino de Spoletto reuelauit christus predictum Montem cum denarii solutione esse iustissimum: et ipse publice predicabat ipsum Montem esse licitum: et multis coruscant miraculis in testimonium veritatis et confessionem dicentium non debere credi reuelationibus diuinis nisi fuerint signis approbate. Sed dicit forte aduersarij pietatis. Cur iste reuelationes non fiunt etiam mihi? Cui respondeo quod ideo hoc preedit: quia ipse in sua obstinata opinione indurat: non reuelaret eas. Item quia in inuituola anima non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sap. i. Quinquagesimo sexto adducit quod ipse tractus Montis cum solutione predicti denarii fuit approbatus et declaratus esse licitus pro multis summis pontificibus romanis: ad quos spectat statuta que peccata nutriunt tollere: et que honestate ac bonos mores inducunt approbare: ut in c. si. de prescriptis. et non in c. penult. de prescriptis. Romanum enim pontificem decet clauem honestatis clauis preterferre. ut dicit Innocentius in c. vigilanti. de iureiur. et ei incumbit pro ceteris ea que ad cultum christiane religionis spectant introducere et habere zelus fidei super omnes alios christi. q. c. officij nostri. Ex quo patet illos valde errare ne dicant peccare quod dicunt capla Montis sed solutio denario pro sedis apostolice rectores ac vicarios christi approbare: esse inhonestum aut viciosum. Cuius etiam presupposito sine veri iudicio quod essent de se dubia: tamen ex hac approbatione fieret certa. Nam in re dubia ad fidem et certitudinem valde auctoritas sedis apostolice. c. pala. xi. dist. Et ut inquit beatus Thomas in. ij. suo quodlibet. q. vij. magis debet attendi et seruari preseruitudo ecclesie quam auctoritas Augustini et quorumcumque sanctorum. Papa enim ut diximus est

que dicitur Justificationis

vicarius christi, c. inter corporalia, de transla. prela. et gerit vicem dei in terris, c. quanto, eodem tit. Ex quo sequitur quod habet plenitudinem potestatis: ut notatur in c. consequens, xj. dist. et habet in c. qui se scri. ij. q. vj. Et illud quod facit presumit facere auctoritate dei, c. inter corporalia, de transla. prela. glosa, x. Si enim imperator quod facit presumit facere ut deus: ut in autent. de here. et fal. in pn. et per Bal. in c. j. §. si de noua for. fidelis. v. si. feu. et deus est veritas, Joan. xiiij. z. c. cum esses, de testa. et ibi Bal. Multo magis hoc est dicens dum papa. Unde Andreas siculus dicitur barbacijs in suo consilio de bello iusto vel iniusto: quod incipit. Scribit paralipomenon, post principium dicit: quod iusta causa semper presumit pro papa et imperatore et ibi multa allegat. Et propter nulli licitum est apostolicis contravenire decretis, c. nulli fas, xij. dist. et c. si sunt presbyteri, lxxxj. di. z. c. vialatores, xxv. q. j. cum si. O iudee quando aliquid est dubium in lege: nonne preceperunt est Deuter. xvij. quod recurrat ad summum sacerdotem et eius determinationi stetur: et quod contradixerit et stare noluerit: occidat. Quanto magis ergo istud est in dubijs determinationi summi pontificis qui quod confirmat nemo infirmat, c. nouit, de iudi. vbi Barba. et Panor. in c. ad audientiam, de confir. vii. vel iniusti, et Bal. in l. rescripta, l. de p. imp. of. Maxime vbi dicitur ex certa scientia, qua clausula vult dicere quod auferat omnes contrarietas: et quod silentium imponit contradicentibus: sicut Joanne de Anania consilio, xliij. et Bal. in proe. feu. z. Bar. in qdam consilio suo. Et ideo ipso aliquid approbare: et nos approbare debemus, arg. in c. si romanorum, xix. dist. Imo ipsius sententie magis est standum quam sententie totius mundi: sicut glo. in c. in istis, iij. di. et Host. in c. proposuit, de con. pben. z. Anto. de But. i. c. p. venerabile, extra quod si sunt leg. vbi ait quod in opinionibus credendum est magis pape quam dicitur sanctorum, quia pape non alteri data est potestas interpretandi: ut patet per dictum c. per venerabilem. Ex quibus apparet quod sunt illi qui ipsum sanctum Pontificem per ecclesiam romanam approbatum despiciunt: dicentes defensores ac fautores eius contra hereticos aut de heresi suspectos esse puniendos. Cum enim ad papam et romanam curiam solum pertineat definire atque determinare ea que sunt dubia in fide: ut potest probari per c. maiores, de baptis. et per c. huic sedi, xxvij. dist. et per c. quatenus, z. c. bec est fides, xxiiij. q. j. Eiusque sit emendare et corrigere errores circa fide, ut in c. quod alios, de here. z. in c. errat, xliij. di. Profecto non approbassent ipse papa et sedes apostolica ipsum Pontificem cum solutione predicta si in eo esset aliquis scrupulus peccati vel erroris circa fidem. Et ideo eius determinatio est ab omnibus tenenda: iuxta notata per dominum Anto. de But. in c. conquestus, de ser. Ordinario enim sedis apostolice ligat omnes, c. si. de costi. Cum ecclesia romana sit mater omnium ecclesiarum, xij. di. c. j. et c. que nesci

at. in fi. et. q. ij. c. cuncta per mundum, et de costume, di. iij. c. celebratam, que non potest errare nec decipi. Unde in c. a recta, xxiiij. q. j. dicitur. Nec sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum christi ecclesia que per dei omnipotentis gratiam a tramite apostolice traditionis nunquam errasse probatur: nec hereticis novitatibus deprauata succubuit. Sed ut in exordio nostram fidei christiane precepit ab auctoribus suis apostolorum principibus illibata fidentius manet. Hec ibi. Quia autem scriptum est in c. bec est fides, xxiiij. q. j. et sunt verba Hieronymi. In his que concernunt fidem et bonos mores quod papa approbat nullus reprober: ne se imperitum vel malivolum vel etiam non catholicum, sed hereticum comprobet. Hec ibi. Scriptum namque est in c. lex diuine institutionis, xxvij. q. ij. Lex diuine institutionis apostolica cathedra totius posuit orbis magistratam: ut quicquid vbius locorum dubitatur: ab ea ratio eiusdem requiratur. Ideo nolentes assentire et reprobare volentes eius determinationes: faciunt ei iniuriam, arg. in l. nemo clericus, l. de sum. trini. z. si. ca. et committunt crimen sacri legis, l. ij. l. de cri. fa. De quibus dicit dominus Martinus, xvij. Qui ecclesiam non audierit sicut tibi sicut et benedictus et publicanus. Trassumptiue in c. si sunt presbyteri, lxxxj. dist. et in c. nulli fas, xij. di. Credendum est ergo illud quod ecclesia tradit de iustificatione istius. Non enim tanta est auctoritas quod Augustinus dixisse fertur. Non credere euangelio nisi illud ecclesia approbasset. Et ideo illi qui dicunt peccatum esse hanc opinionem tenere quod contrarium Modis predicto modo sic licet: cum detrahatur sedis apostolice ipse Pontifex approbatus: potest dici suspectus de heresi: per c. omnes, xxij. di. et sunt similes magister Joachim qui appellauit magistrum scilicet hereticum in illo articulo in quo ipse ab ecclesia damnatus, c. danam, de sum. tri. z. si. ca. Quia igitur non decet a capite membra discedere: sed membra caput suum sequi debent, c. j. xij. di. z. facit lex cum in diuersis, ff. de reli. z. sum. fu. Et omnia accessoria sui debent sequi principale, c. accessorium, de reg. iur. l. vj. z. l. cum principalis, ff. eo de. Cum caput ecclesie summus pontifex approbet ipsum Pontificem eius contractum: apparet illos non esse vera eius membra que ex pertinacia et obstinatione eius determinationem impugnant et sequi nolunt. et ideo dici potest de quolibet eorum illud Ecclesi. iij. Quam male fame est qui relinquit patrem: et maledictus est a deo qui exaspat matrem, quod potest spiritualiter exponi de summo pontifice qui est pater patrum, de quo per Joach. an. in c. si eo tempore, de elec. in. vj. et per Lard. in proemio sexti, et de sacra matre ecclesia. Ex predictis autem patet non obstare Modis elem. prima, de usur. qua ibi ponitur excoicatio statuentibus usuris obere exigi etc. Hic autem non exigitur aliquid usuram: ut patet ex declaratione et determinatione summorum pontificum qui habent presupponunt omnia iura in scripto pectoris, c. licet, de costi. i. vj. z. sequitur notanda predicere etc. Et posito sine veri iudicio quod inueniret aliquid lex siue capitulum in quo determinatum esset generaliter nihil debere capi

Secundi tractatus Pars. III.

plera sortem rē. tamē esset dicendū q̄ si modus
puidendi egenis quo vit Mons fuisset rēpo
re illius legis vel capli inuentus: absq̄ dubio
fuisset exemptus. Et q̄ cum sit nunc inuētus: est
seruandus: nō obstante p̄dicta lege: fm̄ doctri
nam sancti Thome de Aq̄no. ij. q. xvj. arti. v.
Ubi tenet inter cetera q̄ cum ois lex debeat or
dinari ad cōmunē hoim vtilitatē: in tantū obri
net vim r̄ rationē legis in q̄ntum ad dictum fi
nem tendit. Ubi hō hoc deficeret r̄ r̄tutem obli
gandi amitteret. Unde ibidē subiicit q̄ si mer
geret casus in quo obseruatio talis legis esset
dānosa cōmuni vtilitati: nō esset seruāda. Que
em̄ de nouo emergunt: nouo indigent auxilio.
l. de erate. §. ex causa. ff. d̄ interro. acti. l. post da
tum. ff. de procu. et. l. j. ff. de ven. inspi. Et ita est
in casu nostro. quia si non posset prouideri per
talem modū indigentibz pecunia: hoc redūdas
ret i maximū reipublice damnū: vt sup̄ patuit

D Quinquagesimo septimo dico q̄ nō so
lū est exp̄ssus et cōcessus hic casus per iura nos
tissima. s. per d̄cretales extrauagātes p̄dictoz
summorū pontificū. sed etiam in iure antiquo.
Nam vt supra patuit: omne inter esse et recōpē
satio damni. p̄pter mutuū emergentis in cōmu
ni iure concedit: vt patet in multis caplis supe
rius allegatis. ergo et casus Montis: licz speci
fice non sit declaratus. Nā inrentio legis etiā si
non sit exp̄ssa: ex quo eadem ratio cōiecturari
potest: illa seruanda est etiam cōtra verba legi
vt notabiliter dixit Li. in. l. non dubiū. l. de le
gi. et facit tex. in c. si postq̄. d̄ elec. i. vj. r̄ ibi glo.
cum ratio sit mens r̄ ania legi. l. qd̄ dictum. ff. d̄
pac. l. adigere. §. q̄uis. ff. de iure parro. r̄. l. scire
oportet. §. s. et maxime. vbi bonus textus. ff.
de excu. tu. l. cum ratio. ff. d̄ bonis dam. c. ratio
de preben. c. ex eo. de elec. in. vj. cle. j. eodem ti. et
ibi Joan. de Imo. De quo etiam habet per Di.
in c. si. de regi. iur. libro. vj. et per Bal. in. l. ff. so
lu. ma. et in. l. si quis seruo. l. de fur. et p̄ Bar.
et doc. in. l. cam. his. §. ff. de dona. cau. mor. r̄ p̄
Angelū areti. in. l. de obli. que ex q̄si delicta. na. l.
§. j. et per Archib. in c. vbi piculum. d̄ elec. in. vj
Hinc est q̄ vbiq̄q̄ est eadem ratio r̄ in oibus
similitudo: nō dicit lex intendi. Sed casus ille
sub eadem legis dispositiōe includit: vt inquit
glo. in c. penul. de elec. in. vj. que allegat ad hoc
in multa iura. et facit lex nomis r̄ rei. §. verbū. ff.
de ver. sig. et est tex. ad hoc exp̄ssus in. l. his so
lis. l. de reuo. dona. Ibi. Satis tacite cautam
putamus. et ille tex. est melior ad hoc de corpe
iur. fm̄ Bal. in rubrica. l. de nau. feno. et p̄ il
lum textū idem Bal. dicit in. l. per diuersas. l.
man. in. iij. colum. q̄ nō dicit exp̄ssum quod cas
dem rōne includit. et est bonus tex. i. c. ij. in ver.
licet. de transla. prela. De quo vide etiam Bal.
in. l. data opera. in. vj. colum. l. qui accusa. nō
p̄f. Ubi ait: q̄ quādo est eadē ratio: non dicit

fieri extensio. sed solum vbi dicit similis: fit extē
sio de similibz ad similia. Cum ergo in casu no
stro sit omnino eadē ratio que est in iuribz con
cedentibus aliqd̄ accipi vltra sortē ratione das
mni rē. sequit q̄ casus Montis est in iure ex
pressus r̄ concessus. **E** Quinquagesimos
octauo facit dicitur Baldi in rubrica. l. d̄ rebz
credi. de statuto dis. ponente. q̄ pro quolibet cō
tractu soluat gabella: et q̄ ille habeat onus sol
uēdi qui sentit cōmoduz. Ergo r̄ in casu nostro
potuit cōmunitas ordinare: vt qui sentit cōmo
dū istud: sentiat etiam onus soluēdi mercedem
ministro: um. **F** Quingessimono confir
mant predicta per ea q̄ ponunt in cōsilio Mon
tis per collegium Florentinū r̄ Perusinū atq̄
Senense quod incipit. Posito puncto. Ubi ta
lis casus habet: q̄ siq̄s petat Senis muruo cēs
tum. et ille respondeat q̄ est cōrent mutua.
sed vult idoneā fideiussione. s. promissionē ali
cuius campforis. Et autē ibi statutum q̄ nul
lus campfor. p̄missionem possit facere pro alio
nisi is pro quo p̄mittit soluat camerario cam
pforum vnū pro ceterario ducator. Profecto
fm̄ omnes p̄dictoz collegioz doctores ille mu
tuans rōne illi qd̄ soluit dicto camerario non
cōmittit vsuram. q̄a nihil sibi adquiret. ergo rē.

S Sexagesimo adducit dicitur beati Tho
me. ij. q. lxxvij. ar. iij. quod refert Salicer^o i
auren. ad hec. l. de vsur. qui ait: q̄ quando ne
gociatio alicuius ordinata est ad aliquem effe
ctum necessariū r̄ bonestū: vt est ad subuenien
dū indigentibz. vel quādo quis intendit nego
ciari. p̄pter publicam vtilitatē: et lucruz exp̄dit
nō quasi finem lucri: sed vt stipendius laboris:
tunc tale lucrū dicitur esse licitū. Sed ita est in
casu nostro. ergo rē. Hic causa breuitatis pre
termitto plurimos casus in quibus potest acci
pi vltra sortem absq̄ vicio vsure. de quibz tra
ctat Panormita. r̄ alij doctores in c. conq̄stus
de vsur. et declarat eos eleganter r̄ uerēdus pa
ter Frater Angelus de Clauasio in sua Ange
lica. in vsura p̄mo. §. v. q̄ ad. §. l. inclusiue. Et
possent adduci ad corroboratiōne predictoz et
p̄futationē opintonis aduersantis huic sancto
operi. Que falsa opinio est ab oibz detestanda.
Unde inquit Calixtus papa in c. ponderet. p̄
finem. l. dist. Sententiā que verat misericordiam nō
solum non tenere. sed etiam audire fugite. **D**

Sed aliq̄bus ex p̄dictis fundamenti conan
tur aduersarij Montis respondere. Et primo
ad argumētum inexpugnabile quod fieri solet
pro officialibus Montis sic. Officiales Mon
tis in contractu mutuū possunt licite r̄ iuste lo
care operas suas. ergo licite r̄ iuste possunt ac
cipere mercedem suam ab his quibz locant: vel
ab alijs nomine ipsoz. Ipsi respondent: negan
do antecedens. et dicunt q̄ aliud est accipere ali
quid pro locatiōe operaz r̄ domozū absolutū

te et extra tractu mutui. Et aliud est accipere ratione mutui vel ratione alicuius sibi naturaliter vel regulariter vel inseparabiliter annexi. Quia primum est licitum: secundum autem non. Sed ista distinctio magis facit ad maiorem noticiam sui erroris quam ad oppositum. Si enim per predicta verba intelliguntur quod aliud est accipere aliquid ratione locationis. et aliud est recipere aliquid ratione mutui: nihil penitus facit ad oppositum nostrum: nec contra predictum argumentum. Si vero intelliguntur quod aliud est accipere mercedem locationis quando locatio non percurrit cum mutuo: et aliud quando coecurrit cum mutuo: quod primum licitum est. Non autem secundum quod quidem voluerunt inferre. Sed non apte ausi sunt dicere propter enormitatem dicti. Et ideo palliaverunt sub verbis obscuris. scilicet ratione alicuius sibi naturaliter vel regulariter vel inseparabiliter annexi. Sed valde mirum est quia temeritate fecerint hanc additionem cum in nulla definitione usurarum ab aliquo doctorum posita reperitur. Nec ipsi probant necessitatem huius additionis. si naturaliter annexi tunc aliqua ratione vel auctoritate. Nec declarant quod sit illud naturaliter annexum vel regulariter aut inseparabiliter. Et quid est esse naturaliter annexum tunc. Et quare talis annexio inducit usuram. Que omnia si sciissent debuissent exprimere et probare. Sed istam falsam additionem fecerunt ex suo capite ut palliarent errorem suum. Respondendo tamen ad distinctionem illam sustinendo antecedens argumentum dicitur quod siue locatio sequatur mutuum: vel coniungatur mutuo: siue sepe a mutuo. semper locatio est locatio. Nec per tale sequentem seu connectionem variatur ratio formalis locationis: nec ratio formalis mutui. Mutuum enim absque locatione est mutuum. Et idem ubique gratum. Et locatio coniuncta mutuo est locatio: et separata a mutuo est locatio: et per se hic et ibi mercenaria. Tunc ergo ex tali coniunctione non variatur eius ratio formalis. Quicquid operatur non percurrere mutuo: operatur etiam illo percurrere quia ratio formalis est principii operandi secundum philosophos et theologizantes: et solummodo mutata forma intelligitur mutata sententia ut notat in l. Julianus. §. sed et si quis. ff. ad exhibendum. et in l. Si is qui quadraginta. §. quedam. ff. ad legem falciam. et facit. l. labeo. et sabinus. ff. de verbo. significata. ubi vestimentum non dicitur idem si est a sua forma mutatum ut quod est fractum vel corruptum. Mirandum est quod ipsos montes adversarios qui se putant sapientes talia loqui sine ratione. imo contra omnem rationem et experientiam. Quotidie enim tabelliones cursores: naves: batuli et filii locant operas suas in tractibus mutui: et tamen nemo illos vel eos qui mutuant damnat de usuris: nec etiam ipsi adversarii montis. Ut quid ergo damnant officiales montis qui pariformiter locant operas suas in tractu mutui. Vel civis aut communitatem gratis mutuantem. Profecto si vera esset istorum opinio omnes tabelliones aliquid recipientes per

tradendo tractu mutui instrumentum essent versus rarum. et similiter ipsi mutuantes. quod tamen est penitus falsum. et erroneum. Sed dicitur forte. quod licet tractus mutui iuste possit concurrere cum locatione quando alius mutuat et alius locat. Non tamen quando idem mutuat et locat. Quibus respondetur quod secundum philosophum. ii. physici. et v. metaphisicorum contingit medicum sanare seipsum quando est egrotus. nec tamen egritudo in medico variat rationem formalem medicine in eo magis quam egritudo in altero. Et ideo sicut potest alterum sanare ita seipsum. Sic ergo medicus recipit sanitatem non inquantum medicus sed inquantum egrotus. Ne sanat se inquantum egrotus sed inquantum medicus. Accidit ergo medico. quod sit egrotus. et egrotus quod sit medicus. Et medicina non variat rationem formalem egritudinis. nec econverso. Licet in eodem concurrant. Et eodem modo dicendum est de mutuantem et locante operas. Nec enim mutui datio variat rationem locationis. nec locatio variat rationem mutui. Si ergo inquantum mutuantem est gratus. et inquantum locans: mercenarius. nullum sequitur inconveniens. Quid enim prohibet naturam mutuantem triticum vinum vel oleum conducere ad navigandum. et pro navulo predictorum recipere mercedem suam. Neque enim deterioris conditionis efficitur quod mutuat quam ante mutuum fuerat. In monte tamen pietatis alij mutuant per seipsum quod sit mutuum secundum unam opinionem. Et alij locant Mutuum enim sit nomine Montis siue presentium. Et locatio sit ab officialibus nomine proprio. Et idem antecedens argumentum firmum permanet et immobile. Distinctio autem adversariorum assumit falsum scilicet quod in natura mutui includatur locatio. seu quod sequela aut connectio locationis cum mutuo variet rationem formalem mutui vel econverso. Que omnia sunt absurda: et ideo evitanda. l. nam absurdum est. de oper. liberto. Ad aliud vero argumentum dum dicebatur quod licet unicuique se servare in demerit. ergo et in tractibus montis. Respondent adversarii quod si mons non vult damnificari debet suam pecuniam sibi reservare. quod non cogit mutuantem tunc. De responsio facta. Non enim debet quis cessare a proximi servitio. quod licite potest facere. et sine suo detrimento. imo magis tenetur iuxta illud. Quod tibi non nocet et alteri prodest de facili est concedendum. l. in summo. §. Item Uarrus. ff. de aqua plu. arden. et Tullius in primo de officiis. inquit. Quicquid sine detrimento commodari potest id tribuatur cuius vel ignoro. Si etiam vera esset predictorum responsio: falsa esset doctrina omnium theologorum et iurisperitorum de quibus supra dictum est. qui omnes affirmant licitum esse mutuantem pactisci de sua indentate. Ad eorum quoque non dico insipientiam sed ignorantiam profundam est sententia beati thome in questi. de malo. q. xii. ar. iij. in responsione ad decimum quartum argumentum: ubi ait quod mutuantem debuit sub casu

uisse ne damnum incurreret. Et non dixit. debuit re-
tinuisse pecuniam suam et non succurrere proximo cum
potest sine suo damno. **R** Ad aliud autem ar-
gumentum quod fieri solet in fauorem montis sic, Si
tractus mutui de quo est sermo esset usurarius
quod officiales montis accipiunt solutionem ope-
raz suarum ab indigentibus mutuum accipientibus
eadem rationem esset usurarius si ipsi officiales ac-
ciperent solutionem predictam a communitate seu de bo-
nis communibus vel ab alijs. Sed per aduersarios.
Si communitas vel alia persona et non mutuaris
solueret. non esset tractus usurarius. Ergo nec
si illi qui mutuum accipiunt solui est tractus usura-
rius. Respondent aduersarii negando sequen-
tiam, dicentes. quod non est simile. quod secundum eos aliud est
communitatem conducere officiales et satisfacere
eis de operibus suis. Et aliud est statuere quod mu-
tuatarij soluant ad rationem de denario per libe-
ra etc. Quibus respondet quod imo idem est seu valde
de simile communitate seu presidentes conducere
operarios vel officiales et eis soluere. et conducere
ipsos officiales ac mandare alijs quibus de iure
potest et debet ut soluant. Sicut principes et domini
terrarum sepe conducunt vicarios et alios officiales
in ipsis terris per eorum preservationem ac utilitatem. et
mandant populis sibi subditis terrarum ipsarum
quod eis soluant. Tunc enim idem est ac si ipsimet eis
soluerent. et ipsi principes et debent eis mandare. Et si
militer presidentes communitatis adducunt officia-
les et mandant populo qui mutuum accipit cui
mandare possunt auctoritate principis. et debet
quod talis conductio est ad utilitatem ipsius popu-
li. ut soluat non ratione mutui sed ratione operarum
et expensarum. et proportionabiliter rationibus pallegarij
in superioribus argumentarum omnibus. Et sic patet quod
est omnino simile. Consequenter autem declarat hunc mo-
do. Officiales montis recipientes ab indigentibus
aut recipientes ratione usus pecunie eis mu-
tuare. et dilationis temporis. aut ratione operarum et ex-
pensarum. Si dicat primum quod affirmant aduersarii.
scilicet. quod ratione usus pecunie etc. Tunc arguitur
sic. Quicumque in mutuo accipit aliquid ultra sortem
ratione usus pecunie mutuare et dilationis temporis
est usurarius a quocumque illud accipiat. Quia nihil
facit ad usuram quod accipiat ab illo qui mutuum
accipit vel ab alio: dummodo accipiat ultra sortem
ratione mutui propter usum predictae pecunie mu-
tuare. et dilationis temporis. ut patet ex definitio-
ne usure. Alias vnus non posset soluere usura-
ras pro alio. Quia sic solutum non diceret usura.
sed licite reciperet a mutuate. Si ergo offi-
ciales montis accipiunt aliquid ultra sortem ex mu-
tuo ratione usus pecunie mutuare et dilationis tem-
poris ut aduersarii testantur sequitur quod essent usura-
rii a quocumque illud accipiant. Quomodo enim gra-
tis mutuaret si accipiat a communitate vel ab alio
ultra sortem? Nihil enim usurario noceret. nec cura-
ret: si illud quod accipit a paupe reciperet a diuiti. vel

si mutuarum non solueret usuras. sed alij per eis.
Si ergo sunt usurarii illi qui accipiunt a mutuararijs.
Ergo etiam essent usurarii illi qui accipiunt a com-
munitate vel ab alio. Nisi velint dicere quod paupe-
tas det formam tractui usurario. Et sequenter
quod mutuas diuiti cum pacto de recipiendo ultra sor-
tem ratione usus pecunie mutuare: et propter dilata-
tionem temporis. non esset usurarius: quod esset falsis-
simum. Et sequenter officiales montis vincen-
tini et aliorum montium quibus soluit a communitate
vel ab alijs quibus a mutuararijs. quibus aduersarii affir-
mant non peccare. et commendant tales montes
absque dubio essent usurarii: quod non mutuant gra-
tis sed accipiunt ultra sortem. Et hoc argumentum
est inconuenibile ad probandam sequentiam predictam.
Si autem dicant aduersarii quod officiales
montis vincetini et aliorum montium predictorum non
accipiunt ratione usus pecunie vel dilationis tem-
poris: sed ratione operarum et expensarum sicut taxatio-
nem presidentium: et similiter facerent officiales illor-
um montium quibus soluit mutuararij: si acciperent
a communitate. Ista est fuga baganorum. Quare enim
non ita possumus nunc dicere de officialibus montium
Perusini: Paduani: Placentini et Mantuani
ac aliorum similium: quibus soluit a mutuararijs: quod il-
lud accipiunt solummodo ratione operarum et expensarum
et non ratione usus pecunie vel dilationis temporis
sicut dicunt aduersarii de officialibus aliorum mon-
tium. Cum non plus accipiant. sed solummodo quod
cum acciperent a communitate si communitas solueret.
Habet enim statuta salaria et expensas ultra quod
nihil debet accipere sicut patet in capitulis montium
Constat ergo esse valde irrationabiliter dictum quod si com-
munitas vel alius soluat non sunt usurarii. Sed
si mutuararij soluant sunt usurarii. Cum tantum
et non plus eadem ratione soluant mutuum accipientes.
quod tantum et qua ratione solueret ipsa communitas vel alius.
sed propter operas et expensas. Vel ergo faciant il-
los usurarios. Vel hos non accusent. Non audet
primum. Ut quod secundum? Caput igitur istius? Solue
suppliciter ac exercitui dei viuere remerarie expost
brantis suo proprio gladio deerruicem? Ut de mes-
sio sublati pacem reddat ecclesie quam turbauit.
Sic itaque arguam? Non licet ex mutuo seu ratione
mutui: nec ratione alicuius sibi naturaliter vel regula-
riter seu inseparabiliter annexi accipere aliquid ultra
sortem nec per se nec per alium alius esset usura. et hoc
fundamentum est Hectoris et Achilles aduersario-
rum. Ergo si officiales montium Paduani Perusini
Mantuani: et Placentini sunt usurarii quod acci-
piunt aliquid ultra sortem ex mutuo vel ratione mutui
aut saltem ratione alicuius sibi annexi etc. Cum non
possit dari aliqua bona ratio diuersitatis inter
ipsos et officiales montium qui accipiunt a communi-
tate vel ab alijs. Concludendum esset necessario
quod eadem ratione essent usurarii officiales pre-
dicti. Et sic nullus officialis recipiens aliquid ultra
id quod mutuat quocumque illud accipiat peccet illud

que dicitur Justificationis

bona scientia retinere: quod esset usura. Si p̄d̄i
 cū fundamētū est validū. Sed si p̄ q̄ ad nihil
 valet nisi vt micat foras z p̄culcet ab hominibz
 Sicut nō cōtra illos p̄cludit: ita nec p̄ra istos
 z Ad argumētū autē de p̄silijs z decisioni
 bus factis in fauorē ipsius montis a p̄ pluribus
 doctoribz. Rūdet q̄ declaratiōes z determinatiō
 nes eoz que respiciunt ius diuinū q̄ ad diffini
 tiones z specificatiōes ac h̄mōi: spectat ad theo
 logos: z in his canoniste debēt ad ipsos recurrere
 re. Et ex hoc inferūt q̄ cū usura sit p̄ra ius diui
 num: determinatio de usuris q̄tum ad specificati
 ones z h̄mōi p̄tinet ad theologos. Et iō cano
 niste debēt ad eos recurrere nec ipsi canonistis
 est adhibenda fides si p̄sulerūt in fauorē mon
 tis zc. Quibz r̄n̄s̄o p̄z ex dictis in superioribz vbi
 dictū est fm̄ Petri de ancharano q̄ determinati
 o vtrū p̄tractus sit usurarius vel nō p̄tinet p̄n
 cipaliter ad canonistas q̄ ad theologos. z idem
 tenet z declarat d̄ns Jacobus de cortona eps pe
 rusinus ac iuris vtriusq̄ doctor in suo consilio
 monti vbi ait. Petrus de ancharano in sua di
 sp̄tatiōe quā bononiē fecit que incipit. Antiq̄s
 z modernis temporibz querit an decisio eoz que
 emergūt circa materiā usurariū spectet ad sacre
 theologie magistros: an h̄o ad doctores iuris cas
 nonici z ciuilibz. Et prima facie videt̄ dicendum
 q̄ ad magistros sacre pagine. Quia prohibitio
 usuraz trahit originē a iure diuino veteris ac no
 ui testamenti. c. q̄ in om̄ibz. z ca. sup̄ eo. de usur. q̄
 ad peritos in illa sciētia debet p̄tinere interpretati
 o dubioz p̄dictoz. Nam cuiuslibet experto z pe
 rito in arte sua est credendū. l. ff. de ven. inspi.
 l. semel. l. de re mili. l. xij. z l. ff. ad l. cor. d̄ sic.
 c. q̄ iudicante de p̄scrip. c. significasti. de homi
 ci. z ca. fraternitas. de fri. z male. Sed p̄rarius
 dicit de iure tenendū. z firmat audacter dicēs q̄
 decisio dubioz casuū in ista materia spectat p̄n
 cipaliter ad doctores iuris canonici. Scientia
 em̄ canonica ad h̄ principalr̄ tendit. s. ius diuini
 nū interpretari in dubijs casibz p̄tinentibz ad mo
 rale philosophiā vt patet in p̄mio gregoziano.
 Scientia h̄o theologica p̄tinet ad interpretatiō
 nē iuris diuini quo ad opa d̄ni nostri iesu christi.
 Et istud dicit bene p̄bari in libris moralitū beati
 Gregozij super Job. sup̄ illa duplici expositione
 noui ac veteris testamenti. In n̄ro h̄o volumine
 decretoz videm̄ decisiones sūmōz pontificuz
 sup̄ dubijs iuris natural̄ z iuris diuini. Patet
 hoc in volumine decretalū vbi habem̄ de deci
 mis. de baptisimo ac de voto z matrimonio. de
 simonia. de homicidio. de furtis. de usuris. de
 iuramentis z s̄libz. titulos speciales quoz p̄o
 p̄tū est dilucidare que oriunt̄ in p̄dictis originē
 trahētibz a iure naturali z diuino. Et de ista mul
 tiplici interpretatiōe iuris natural̄ z diuini q̄
 renus spectat ad mortalitatē que dirigit accus
 nostros in deum p̄tinet ad doctores decretoz q̄

ex p̄stitutionibz canonicis z decretis sanctoruz
 patrū debent ius diuinū adiunare. Et faciūt se
 cunduz notata p̄ Inno. z Joan. an. in cap̄lo que
 in ecclesiāz. de consti. z p̄ glo. z doc̄. an. l. fi. l. si
 contra ius vel vti. publi. Quatenus vero ius di
 uinū tendit ad sp̄ualitatē z agnitiōē vere fiti
 dei contra hereticos. iudeos ac alios infideles
 spectat ad theologos. z subdit q̄ sepe vidit ma
 gistros in sacra pagina respondētes sup̄ dubijs
 que occurrunt sup̄ decimis: usuris: z matrimo
 nijs ac similibus errare. Et ego alias bononiē a
 domino meo excellētissimo. d̄no Joanne de ad
 nania auditi quendā excellētē theologum in
 quadam matrimoniali causa cōsulentē cōtra
 casum iuris expressum. Et ideo est eis periculo
 sum aliquid affirmare vel negare in h̄mōi casibz
 bus sine exp̄ssa auctoritate canonū. Pro q̄ con
 clusione vltra p̄fatu doctorē videt̄ ita dicendū.
 Nam h̄. tas scientie est habenda ab his q̄ eā me
 li^o sciunt. de elect. cap̄lo scriptū. z q̄ mari. accu.
 pos. cap̄lo vestrā. z de testi. lib. vj. in ca. p̄sentuz
 z ab his q̄b̄ lux veritat̄ pot^o assistit. iij. q. iij. c.
 si testes. Veritas autē de qua loquitur non pōt
 melius inueniri q̄ in sacris canonibz ac sanctoz
 rum patrū decretis vt est textus apertus grego
 rij in moral. z. xiiij. q. j. c. q̄ ex sola. Vbi dicit.
 q̄ ex sola eccl̄ia catholica h̄ras cōspicit zc. No
 ra h̄bū taratiū ex sola. q̄ ad canonistas spectat
 principalr̄ p̄ sūmos pontifices z cōcilia ordina
 ros. Ergo nec etiā a legistis dicerem recedendū
 in his que sunt ab eccl̄ia approbata. qm̄ impera
 tor dicit veritatis cultor. l. p̄ma in fine. l. de ins
 dic. lib. col. z. l. ij. in fi. l. cōia de lega. z. l. si q̄ illu
 stris. l. ad offic. Et rō est q̄ impator debet di
 uinū iudiciū imitari: qd̄ sp̄ h̄itati innitit. c. cum
 marthe de celebra. mis. xj. q. iij. c. tūc vera. z d̄ se.
 ex. cap̄lo a nobis el. ij. q̄ veritas semp̄ sequenda
 est. xj. q. iij. c. absit z c. sequen. z. c. vt nostrū vt ec
 clesiastica benefi. Pacit etiā q̄ summi pontifi
 ces ad p̄bandū intencionē suā canonū auctori
 tatē allegāt vt p̄t in. c. si r̄omanoz z ibi Semi
 ni. q̄ multū notabilē illū textū ad h̄ inducit. xij.
 dis. Prererea videt̄ in f̄minis tex. p̄ opintone p̄
 facti doctoris in c. j. xx. di. vbi dicitur q̄ theologi
 preponunt canonistis in expositione sacraz scri
 pturaz. Sed in causis diffiniendis secundum
 post eos locū tenēt. Ecce q̄ ad iudicandū vtrū
 p̄tractus sint usurariū vel nō. eccl̄ia decisionibz
 decretalū: z sanctoruz patrū decretis resuauit vt
 apparet in decretis. xiiij. q. iij. per totū z ibi plene
 z in decretalibz. In sextoz in clemen. per titulos
 speciales. Ex quibz datur intelligi q̄ ad canonis
 tas spectat iudicare vtrū contractus sit usura
 rius vel nō. Non autē ad theologos. p̄ quo fas
 cit tex. cū glo. z ibi gemi. ix. di. c. vt veter. Nec p̄
 dicitur episcopus vbi. s. Archiepiscopus quoq̄
 florentinus in. ij. p̄e sūme titu. j. c. vij. §. iij. di
 cit q̄ ad theologos p̄tinet determinare de usu
 f 2

ris inquantū sunt p̄tra ius diuinū. sed quātum ad ea que instituta sunt per leges z canones cōtra vsurarios zc. declaratio dubioꝝ magis spectat ad legistas z canonistas. Ex quibꝫ pars solutio ad responsionē aduersarioꝝ montis dicitur non esse adhibendā fidem legistꝫ nec canonistis in hac terminatione contractū montis. Quia imo est opposituz. Nam ip̄i canoniste habent multos canones de vsuris z alijs similibꝫ fundatos sup iure naturali z diuino. In quibꝫ sūt auctoritates z dicta Ambrosij. Hieronymi. Augustini. Gregorij ac alioꝝ theologoꝝ quibꝫ tanqꝫ regulis autentis firmis z infallibilibꝫ bene possunt iudicare de p̄tractibꝫ an sint vsurarij vel nō. Et ideo eoz decisiones z consilia sunt firmiter tenenda. Et p̄terea ordinarij ciuitatus in spiritalibꝫ qui ponunt iudices competētes in causis vsurarū fm cōmuniter doctores: p̄cipue vbi est questio de p̄hibito vel p̄fesso. nō tantū de soluto vel nō soluto: sūt canoniste. Et multi viri p̄stantissimi doctores decretalū sup materia vsurarū copiose z eleganter scripserūt. qꝫ rum sententijs fides adhibet apud vniuersitates z ip̄am R̄homanā curiā. Ex quibꝫ om̄ibꝫ patet qꝫ p̄dicta responsio est falsa. P̄terea r̄ndetur qꝫ nō t̄m doctores iuris ciuilibꝫ z canonici determinauerūt p̄tractus montis p̄dictos esse licitos: sed etiā qꝫ plurimi sacre theologie magistri peritissimi diuersarꝫ religionū. vt in. v. p̄re huiꝫ tractatus declarabit. qꝫ p̄uarim z publice verbis z scriptis indubitanter affirmant ip̄os contractus esse bonos z sanctos z ab omni vsuraria labe penitus alienos. Quozum autentica consilia possunt videri ad oculum. z ideo p̄ locum ab auctoritate qd̄ argumētū est bonū vt in ca. dixit xxxij. q. i. pbatur iustificatio ip̄ius montis. **M** Ad argumentū autē de p̄firmatione z approbatione sūmoꝝ pontificū. Respondēt p̄dicti aduersarij qꝫ qꝫ p̄tractus montis est vsurarius. et vsura est contra ius diuinū z naturale parit ac humanū. Ideo in ip̄a p̄ hominē nō potest dispensari: nec etiā per papā. Sed ista respōsio est nulla: qꝫ sūm̄i pontifices in suis litteris nō dicūt dispensamus: sed approbamus: p̄firmamꝫ z roboramus: ergo est iustus. Ista ergo p̄sequencia valet. Sūm̄i pontifices approbauerūt z confirmauerūt p̄tractum montis: ergo est licitus z iustus: z nullus catholicꝫ eam negaret. **O**ppositum em̄ p̄sequentis cum antecedente offendet mentē boni christiani. maxime quādo ex certa scientia approbauerūt z est quid pertinēs ad bonos mores: z expediens saluti animaz: sic est in casu nostro. **N** autem dicunt qꝫ approbatum a papa si sit contra ius diuinū non tenet. Respōdetur qꝫ nō bene p̄sonat. Approbatur a multis r̄homanis pontificibꝫ z declarat esse licituz. Et est cōtra ius diuinum z naturale ac humanum. Imo eo qꝫ est approbatum a tot sūm̄is pontificibꝫ

cibꝫ inquantū gerunt vicem dei in terris z ex certa sententia determinauerūt auctoritate apostolica aliquid esse iustum p̄sumitur a vere fidelibus. Imo firmiter tenetur qꝫ nō sit p̄tra ius diuinum nec naturale. Sed magis iuri diuino ac humano cōsentaneū. Quia igitur sūm̄i pontifices ad quos p̄tinet tollere ambiguas. lites auferre: altercationes dirimire z obscura succidere extirpare vicia ac virtutes inserere: excessus corrigere z mores reformare vt dicit in p̄emio clemē. Et ad quos p̄tinet sollicitē iuigilare remedijs subiectoꝝ eozū: piculis obuiare: z scandala remouere vt dicit in clemē. pastoral de re iudic. Et qui habent noticiā iuris scienter approbauerunt contractum montis cum p̄dicti denarij solutione: Ideo nullus debet de ip̄o dubitare. Si em̄ in eo esset prauitas vsuraria non approbassent. Sed respondissent nolimꝫ p̄firmare: sicut dixit Alexander papa tertius in ca. sup eo. de vsu. Quia cum vsurarum crimē veriusqꝫ testamenti pagina detestatur super hoc dispensationem aliquam. multo minus cōfirmationē posse fieri nō videmꝫ. **D**ementia maxima dicitur qꝫ tot sūm̄i pontifices sapientissimi z p̄ritissimi in iure z sacra theologia inter quos fuit Pius Paulus Sixtus Innocentius et hic Alexander vltimus approbauerunt ex ignorantia iuris p̄tractū vsurariū. Et multo peius esset si eos p̄dicta fecisse ex malicia affirmare p̄sumant. Sed dicit aduersarij. Aut est licitum accipere illū denariū pro libra aut non. Si est illicitum nō potest a sūmo pontifice confirmari. Si nō est licitum nō indiget approbatione pontificis. **D** dicitur egregiū. Scripta sancti Thomae. Alexandri de ales z ceteroꝝ doctoꝝ aut continent veritatē aut falsitatem. Si falsitatez papa nō potest approbare. Si continent veritatē et approbatione nō indigent. Quare qꝫ pontifices approbauerūt: Ad qd̄ c. Sancta r̄homanā ecclesia. xv. di. Quare scrius dñicus fecit approbari a sūmo pontifice suas p̄tiones. z scūs Franci. z alij ordinū institutores suaz regulā: Non em̄ tūc erat p̄hibitio de instituēdo nouo ordine sine licentia sedis aplice de q̄ in caplo vñico de religio. do. li. vj. Profecto b̄ egerunt qꝫ licet licita z vera nō indigeāt approbatione sedis aplice q̄ faciat ea esse vera z licita. Indigēt t̄m approbatione declarante illa esse vera et licita p̄ malignos vt sic habeāt testimoniū irrefragabile: qꝫ oēs adhererant sine p̄dictione z obstruat os loquentiū iniqꝫ: z p̄pter eandem causam facta est p̄firmatio contractus montis per sedem aplicam. Unde iste mons dicitur apostolicus. Quia vt ait imparoz in. l. j. S. sed neqꝫ in versiculo omnia. L. de vere. iure enuc. Omnia nostra facimus quibꝫ auctoritatem nostram impertimur. P̄dicti autem aduersarij montis augmentum eius impediētes: z retrahentes eos qui ei auxiliū prestare

volebant: excōicatione late sententię ferunt a q̄
 nō possunt absolui ab alio q̄s a summo pontificis
 ce nisi in mortis articulo vt infra patebit in pre
 sequenti. z merito. Scriptū est ei in c. p. Uenera
 bilē. extra q̄ filij sint legitimi. Cum aliquid fue
 rit difficile vel ambigū. ad iudicium est sedis.
 Apostolice recurrendum. cuius sententiā q̄ sup
 biens p̄cūpserit obfuare. morti p̄cipitur. id est
 p̄ excōicationis sententiā velut mortuus a
 cōmuniōne fidelium separi. Nec ibi. Sed tal
 les vtinam si homines nō verent saltē deus tūmē
 rent: z ab eo separi per excōicationes formi
 darēt. ¶ Ad aliud vero argumentum. Q̄
 mutuans non tenet soluere expensas que fiunt
 in mutuo: sed accipiens mutuū: sicut patz de in
 strumento facto p̄ notariū ad assicurandū mu
 tuantē quod soluit notario ille qui mutuū acci
 pit. Et de vectura bladi mutuari quā similiter
 soluit qui accipit. non qui dat mutuū. ergo sicut
 in monte accipientes mutuū tenent soluere ex
 pensas z satisficere officialibz. Respondent ad
 uersarij pietatis negando p̄sequentiā. s. suā quā
 ipsi fabricant z fingunt. s. ergo licet accipere tan
 tum ex mutuo pro libra p̄ vsu pecunie z dilatio
 ne temporis. Hoc em̄ est falsum. Nec nos nega
 mus. Sed ista non est p̄sequentiā nostra: vt pa
 ter ex predictis. quia nihil hic accipit ex mutuo
 p̄ vsu pecunie mutuate nec pro dilatione tēporis
 Sed solum ratione debite mercedis officialiū
 que de iure non solum humano: sed etiā diuino
 debetur mercenarijs. vt patet Leuit. xix. z p̄pter
 expensas zc. ¶ Ad aliud autē argumentum
 Q̄ illi qui p̄custodiunt pignora merent p̄miū.
 ergo officiales montis p̄ custodia merent mer
 cedem. Ad soluendum ipsum vtunt aduersarij
 multis ambagibz que non faciūt ad p̄positum
 sez de pignozibz necessarijs ad vitā humanā zc.
 Et ad hoc adducunt multas auctoritates q̄ im
 plent chartā z nihil cōcludunt p̄tra nos. Et vbi
 non optet inculcant verba. Vbi vero optet infi
 stere transeunt sicco pede. Aliud est em̄ loqui d̄
 mutuo dando his qui sunt in extrema necessita
 te z aliud est loqui de mutuo dando illis qui nō
 sunt in tali extrema necessitate. Nā nec nos ne
 gamus quin homo teneat quandoqz mutuate
 etiā sine pignoze. Imo quandoqz donare. vel lo
 quēdo melius. suum paup̄bz reddere. Juxta il
 lud Ambrosij in ca. Sicut hi. pl. vij. dist. Esuriēs
 rium panis est quē tu detines. nudoz indumē
 tum qd̄ tu recludis zc. Nos autē sumus in mu
 tuo dando his qui nō sunt in tali extrema neces
 sitate in quo mons iuste pōt petere securitatem
 z pignora zc. Et dum aduersarij dicunt q̄ p̄sup
 posito q̄ possint officiales petere securitatem z pi
 gnora. non possunt tñ petere mercedē de custo
 dia ipoz pignoz zc. Licet satis responsū sit in
 vltima p̄tē p̄mi tractatus tñ etiam nunc dico q̄
 imo p̄nt. Nam licitū est mutuantē petere vt p̄

gnora reponatur in loco tuto z ibi custodiant p̄
 sua securitate. z ex pacto cōpellere accipiētē mu
 tuū ad soluendā mercedē custodientis sicut ad
 soluendū notario p̄ instrumento sup hoc condi
 to. vt supra paruit. z nemo sane mentis hoc neg
 garet. Qua ergo ratione tenet mutuatarius sol
 uere mercedem custodie illi. certe eadem tenet z
 ipsi mutuantē si hoc onus ipse velit subire. Licet
 em̄ de p̄fectione deberet gratis custodire. tñ nō
 tenet tentione necessitatis. Nec ex p̄cepto chari
 tatis hoc piculum subire qd̄ mendaciter aduer
 sarij asserunt. Sufficit em̄ ei q̄ gratis mutuet.
 nec tenet vt sit securus de vno. se ponere in peri
 culo de alio sine aliquo suo emolimento. qz ergo
 accipiens mutuū debet securitatē mutuantē: et
 p̄sequēt om̄ia que sunt necessaria ad illā: z gra
 uamē p̄sequens ad ipam securitatē. argumētū
 in. l. ij. ff. de iurisdic. omniū iudi. z in c. si laicus.
 z ibi glo. xxxj. di. parz q̄ talis mutuans pōt pete
 re mercedem p̄ ipa custodia etiam p̄supposito q̄
 talis custodia cederet tantum in vtilitatē ipsius
 mutuantē z grauamen mutuatarij qz ille debe
 bat sibi talem vtilitatē vel melius securitatē
 z tenebat subire illud grauamē. Unde ipse mu
 tuans non facit iniusticiā petendo qd̄ sibi debet
 p̄ quo facit lex. ij. ff. de noui ope. nū. z. l. nemo dā
 num facit. ff. de reg. iur. Perit em̄ solummodo
 mercedem illius laboris z suscepti periculi quā
 ipse mutuatarij teneret soluere alteri custodien
 ti: Nec cōparatio vsurarij toties repetita est va
 lida. nō em̄ esset qd̄ vsurarius nec peccaret si tā
 tūmodo vellet mercedem operaz suarum z ex
 pensarum zc. Quāuis talia non sint p̄cedenda
 particularibus p̄sonis p̄pter multas suspensiones
 fraudum z alias causas. s. allegatas que cessāt
 in contractu publico montis. Predicta tamen
 om̄ia ab aduersarijs adducta sunt falsissima qz
 in casu nostro mutuantē. s. cōmunitas vl' mon
 tem regens cuius nomie mutuat. p̄supposito q̄
 sit mutuū. nihil accipit p̄ custodia. sed mercena
 rij ad hoc cōducti nomie mutuatarioz. nec ipsi
 officiales mercenarij qui locauerunt suas ope
 ras in tali officio cum piculi pignoz susceptio
 ne z expensarū exhibicione. tenent gratz dicta pi
 gnora custodire: qz non custodiunt illa tantū ad
 suā securitatē. s. salarij sui sed p̄ncipalitē ad cō
 munē omniū pauperū vtilitatē z etiam ipsorum
 mutuatarioz vt. s. pecunia montis integra con
 seruet pro se z alijs in futurū eam mutuo acce
 pruris zc. vt diffuse dictū est in dicta tertia par
 te p̄mi tractat. Ex q̄ patet q̄ Achilles aduersa
 rior est in sacco p̄clusus. ¶ Ad illud vero
 argumentū q̄ mons est cōpositus ex multis cō
 tractibz z om̄ibz iustis z licitis. siue q̄ om̄es cō
 tractus qui celebrant in Monte sunt iusti z li
 citi. s. p̄traccus mutui pignoz. locatōnis zc. qz
 ibi nō est tantū vnus p̄traccus. q̄ ipse mons est
 licitus z iustus qz fm̄ p̄m in topicis. Positis
 f 3

omnibus partibus integralibus ponitur et ipsum totum. Respondeo aduersarij multa ineptissima que non recitabimus hic, quod ad ipsa omnia per responsio expedientibus: et nihil aliud est nisi replicare sua phantasmata sepius recitata et confusa. Ad unum tamen respondendum est dum dicitur quod non sunt multi tractatus. sed unus simpliciter tractatus mutui habens plures circumstantias que omnes ordinant ad tale mutuum siue ad talem tractatum. Quo posito ille circumstantie ponitur et que remoto remouentur, et secundum primum ubi unus propter aliud ibi est tamen unus, et addunt quod fauores montis per imaginationem decipiunt separantes secundum esse realiter ea que separant secundum suam imaginationem, que re vera secundum esse minime separabilia sunt. Subdunt etiam, non obstat si dicatur quod mons est ipsa pecunia que est res inanimata: et quod est ipsorum pauperum, et quod pauperes producant officiales, et faciunt pactum cum eis de soluendo denarium etc. Nam ista sunt falsa et ridiculosa secundum eos quod si mons est ipsa pecunia, pariter baculum iudeorum est pecunia. Si est res inanimata non potest facere capitula et statuta. Si pecunia pauperum, ubi habuerunt eam: Et quare solunt per usum rei sue: Et non producant officiales ipsi pauperes quare non eos eligunt vel deponunt ad libitum? Si fecerunt pactum de soluendo, ordinatur tale pactum. Si est societas ubi est mutuum consensu? Et multas alias verborum sitates annectunt adeo insulse ut redium generent cuilibet sapienti lectori. Et ideo omittis superfluis solum ad ea expresse falsa et in quibus ipsi magis perfidit licet et ipsa sint a veritate et ratione aliena respondendum. Hoc etiam quod dicunt non celebrari in monte plures tractatus, sed unum tamen habentem plures circumstantias que omnes ordinant ad unum tractatum. Quia sit falsus iudicet que sensu non carent ubi enim sunt differetes actus, distincta obiecta et diuersi fines, quod erit unus solus contractus? Communitas gratis transfert dominium pecunie reuera potestate reperendi ad subleuationem miserabilium personarum. Officiales locant operas suas cum pacto recipiendi mercedem suam pro sui sustentatione et domesticorum, et erit adeo que ignota ut unum asserat esse solummodo tractatum: Nunquid pecunia et ope sunt unum? Est ne idem transferre dominium et locare? Quid habet gratis cum pacto recipiendi mercedem? Quod subsannanda positio Ad dicitur autem phibere quod ubi unus propter aliud ibi est tamen unus, respondeo quod locatio non est propter mutuum, nisi occasionaliter Sed finaliter est propter mercedem locans enim operas finaliter intendit mercedem, et nisi speraret mercedem non locaret. Quid enim officiali de mutuo? licet enim mons mutuet, si ipse non reciperet mercedem non ibi poneret operas suas, experientia teste. Non ergo exponit ille operas ut mons mutuet, sed ut ipse salarium locationis sue recipiat. Non est ergo locatio propter mutuum, sed propter mercedem. Mutuum itaque ut supra etiam dicitur est, est causa sine qua non per accidens et occasionalis illius denarii siue mercis

fessor omnibus his que in supra scripto consilio continerent assensio et in fidem etc. Ego Franciscus horricellarius canonicus florentinus et legum doctor manu propria subscripsi et sigillo meo signavi. Nos Petrus dei et apostolice sedis gratia episcopus Paduanus et comes sacensis visio et diligentissime me in singulis quibusque ipsius pariter confiderato supra scripto consilio: ipsum tanquam iuri civili pontificio ac diuino personam laudamus: approbamus: et pro modulo sciencie et conscientie propriissime confirmamus: existimantes si qui sunt que per accidens re ad iudicium: eos et distinctiones practicum que in hoc casu fiunt nescire et emulationem dei fortassis sed non finem scientiam habere: sicut de iudeis apostolus Paulus ad Romanos. r. scribit. Nec ille qui suo sigillo subscripsit predictum consilium: quod ego vidi autentice cum predictis doctorum peritorum signacionibus et subscriptionibus et ab ipso autentico transumpto supra dicta errare. Subscripsit quoque predictum consilium dominus Mattheus de vbaldis iuris vtriusque doctor Perusinus et vnus de dominis de rota et auditor sacri palatii qui fuerat socius in studio predicti fratris Fortunati: et ipsum consilium subscripsit dedit Rome beato fratri Bernardino feltrino ibi predicanti. Hunc quoque montem pietatis cum denarii solutione et omnes eius practicus approbavit et iuridice declaravit dominus Benedictus de benedictis de Perusio iuris vtriusque doctor clarissimus qui dicebat doctor veritatis: iura pontificia leges ordinarie Perusij que supra hoc edidit consilium quod incipit. Cum vt presupponit. quod consilium subscripsit alij doctores et theologij numero quattuordecim. Aliud quoque consilium edidit predictus doctor: quod incipit. Comunitas Perusij. In quo clarissime iustificacionem predicti montis probauit. Aliud etiam stupendum consilium eiusdem tenoris composuit dominus Johannes de peruelto ex nobilibus de monte sperel. pusinus iuris vtriusque doctor ac ordinarie leges Perusij: quod subscriptum fuit a doctoribus et theologis tredecim. et incipit. Ciuitas perusina. Aliud quoque consilium eiusdem tenore composuit dominus Jacobus de corona iuris vtriusque doctor et episcopus pusinus: quod incipit. Sit rector. Idem etiam composuit dominus Alexander de Imola iuris vtriusque doctor famosissimus cuius consilium manu eius propria scriptum et suo magno sigillo sigillatum ego vidi. et incipit. Redemptoris nostri inuocato suffragio. Arbitror id de quo queritur probabili dubitacione carere etc. Idem quoque composuit dominus Baglionus de monte vrbano iuris vtriusque doctor: pusini studij lector: ac apostolice consistorij aduocatus: cuius consilium approbatum et subscriptum fuit ab omnibus doctoribus pusinis. Dominus etiam Johannes baptista de calzapis de sero seuerrino de marchia Senensis ius civile leges in lectione sua super titulum. L. de summa tri. et fide catho. i. l. cunctos populos in repeticione ait. Concludamus sequentes vestigia tantorum patrum in re sapia dictum mon-

rem pietatis habere nomen consequens rei: et exerceri sine aliquo peccato etiam veniali: imo cum maria et cruce vique charitate et pietate: cui velitis omnia fauere vbi cumque fueritis vt idipsum quod est esse non desinat. vt in simili dicit in. l. defensores infra de defen. ciui. et pie mentes inuicem et allignant ad subuentendum et fauendum dicto monti pietatis. Nec ille. qui ibidem reprobara opinioe contraria approbat consilium perusini collegij et affirmat contractus istius montis esse licitos. Dominus etiam Petrus philippus de martorellis de spolero iuris vtriusque doctor et miles ac comes fecit consilium ad confirmationem iusticie montis: quod nouem alij doctorum et theologorum cum suis sigillis appositis et subscriptione approbauerunt. Reuerendus quoque pater frater Angelus de Clauasio ordinis minorum in suo consilio quod incipit Comunitas quidam clarissime demonstrat huius montis contractum esse licitum et sanctum. Magister etiam Johannes de Uiterbio theologie professor et lector ordinis predicariorum in suo consilio quod incipit Plurimi probant. et fuit directus duci Janue: clarissime probat practicus istius montis esse licitos: et obtulit se coram reuerendissimo archiepiscopo Januensi sedis apostolice cardinali oia in ipso consilio descripta in publica disputacione defensurus: vt patet in instrumento manu notarij Janue scripto: nomine Petro de rippa qui erat curie archiepiscopalis Januensis scriba: publicusque notarius. Idem quoque magister Johannes de Uiterbio ordinis predicariorum in alio pulcro consilio directo domino episcopo Paduano quod incipit. Reuerende in christo mi pater. clarissime ostendit montis predicti contractus esse bonos et iustos ac sine aliquo peccato labe exerceri. Et ibi probat oem generum pietatis in practico ipsi prineri. Magister quoque Somerius vtriusque bonis ordinis minorum sacre theologie magister ac lector Papiensis excellens: sic scripsit. Cum legissem ea que per sapientissimos viros rectissime consules supra scripta sunt circa institutionem montis pietatis que scriptissimo nomine pietatis monte appellandum esse sentio. Uiderimque oculata fide quantum modum et salutem animarum afferat scriptissimo institutum istius montis rei publice christianorum: existimaui non oportere aliquid ad ea addere que sapientissime determinata sunt et amplissime. Sed satis esse ea confirmare et approbare. Precipue cum firmissime credam institutum illud pusini montis diuinum esse inuentum non humanum. ac ideo infringi non posse hominum pena: nec humana doctrina esse approbandum: sed deuoto animo suscipiendum. Est enim per illud non motus licitus: sed etiam pietate plenus: ac ideo predicandum et istituendum est. Esi mihi dabit aliqui otium (non quod oportet sed vt officio meo satisfactum plenus) hac sanctissima institutione scribam. Et hec nunc manu propria scripsi et subscripsi que in conscientia mea de hac re capio et recte sentio. Idem quoque magister Somerius postea composuit tractatum

specialem ipsi⁹ montē in quo breuiter et sententiose incōuincibiliter comprobatur eius iustificatio, et incipit. Querit an licita sit institutio montis pietatis. Dñs etiam Dñicus de Imola ordinis predicatorum ac theologie magister et episcopus Lidentis ac suffraganeus parmensis: idem cōsuluit in suo consilio qđ incipit. De mōte quē de pietate merito vocant. Idem etiam cōsuluit et luculenter probauit magister Stephanus puincialis seruator sancte Marie: theologie p̄fessor in suo consilio quod incipit Utrum mons pietatis. Idem quoque cōsuluit celeberrimus iuris vtriusque doctor dñs Antoni⁹ corserus Sicilia ordinaria iuris pontificij leges in studio Paduano: cui⁹ cōsiliū incipit. Magnifica cōmunitas Padue. et est stampatū ad formā. Et p̄ra eū temerarius qđam montis aduersari⁹ apologiā quamdam facere p̄sumpserit. Et idem scripsit in littera sua: cuius copiam ego vidi autentica manu notarij quam direxit cuidā comiti: in q̄ p̄restat hanc esse cōmunē sniaz theologorum et canonistarum hunc montē esse licitum et sine aliqua laabe. Et l̄ra incipit Magnifice dñe: his p̄ris diebus. Dñs etiam Joānes de campeio iuris vtriusque doctor Bononiens. in studio Paduano ordinarie legens iura ciuilia: atque consistorialis aduocatus idem cōsuluit et magnifice probauit in suo consilio qđ incipit In p̄senti cōsultatione. Et similiter dñs Joannes baptista de rosellis iuris vtriusque doctor ac iura ciuilia ordinarie legens in studio Paduano idem cōsuluit et optime probauit in suo cōsilio qđ incipit. Magnifica cōmunitas Padue. Idem quoque cōsuluit dñs Bartholomeus de sobiacis de perusio iuris vtriusque doctor. Et idem cōsuluit pater frater Lucas de lothombis ordinis minorum predicatorum: et in seculo iuris doctor ac iudex: in suo consilio qđ incipit Licet prius tam copiose q̄ subtiliter allegati⁹ extiterit sup casu montis pietatis: ne videar illos manibus etc. Idē insup cōsuluit dñs Angelus de castro iuris vtriusque doctor: miles et comes et aduocatus consistorialis et lector Paduanus qđ fuit nepos dñi Pauli de castro: cuius consiliū incipit. Uiso casu cum dubijs. Hoc quoque cōsuluit magister Baptista mantuanus carmelita sacre theologie p̄fessor Bononie regens: qui postea factus fuit generalis obseruante: affirmās montem predictū esse iustū et bonū in sua l̄ra directa patri fratri Petro senensi ordinis minorum: quā ego vidi subsc̄ptam manu p̄pria et suo sigillo sigillatā: et incipit. Reuerēde pater Petre: Uiso et diligēter inspecto casu. Et idem cōsuluit magister Brianus siue gr̄a brixientis ordinis minorum sacre theologie p̄fessor ac tūc minister puincie romane. cui⁹ cōsiliū incipit. Quēstū fuit a me. qđ ego vidi manu ipsi⁹ p̄pria subsc̄ptū et suo magno cōsilio puinciali sigillatū. Et qđam aduersari⁹ montis in suo falso libro referat eum tenere cōtrariū

Sicut et de patre fratre Dñico ponzono mēdasiter affirmat: cum tamē publice p̄dicet montē ipm esse iustissimū. Idem insup cōsuluit reuerēdus frater don Theophilus de Cremona ordinis sancti Bñdicti: atque tunc abbas monasterij sancti Bñdicti mantuani: in l̄ra directa illius strissimo Marchioni mantuano cui⁹ copiam autentica ego vidi. In qua l̄ra p̄restat in nullo capitulo montis predicti interuenire aliqđ p̄ctm: s̄ summā charitatē et pietatē. et asserit se cōsulisse de p̄tractibz ipsi⁹ montis cū pluribz doctissimis viris vtriusque iuris p̄tissimis tā Rome q̄ Peru⁹ s̄ Pisis et Senis atque Bononie ac Mediolani: q̄ oēs doctores tā eccl̄iastici q̄ seculares ipsi⁹ montis cōtract⁹ affirmant esse licitos et bonos. Et iste don theophilus in seculo erat doctor vtriusque iuris: et fuit mihi charissim⁹ socius in studio Papiensi: et appellabatur dñs Petrus martyr stanga. Dñs q̄ Lanzalorus de decio iuris vtriusque doctor celeberrim⁹ Mediolanensis atque in studio Papiensi legens idem cōsuluit: particulari consilio super h̄ edito. Et vt ip̄e mihi retulicore p̄prio: cum casu ad terrā prati tuscie deuenisset: et ibi quosdā religiosos magistrōs se in theologia faciētes inuenisset: qđ p̄ra beatū patrē fratē Liberubinū de spoletto disputare volebat impugnando montē pietatis: ipse dñs Lanzalorus onus r̄ndendi accipiēs: p̄fatos oēs montis aduersarios in publica disputatiōe supauit. Et predictus fuit magister mens in studio papiensi. Idem q̄ cōsuluerūt infrasc̄pti doctores: quorum cōsilia manu eorum scripta et sigillo suo p̄signata ego vidi. s̄. Dñs Baldus de bartholinis de Perusio iuris vtriusque doctor: et aduocatus consistorialis: ac iura ciuilia ordinarie legens in studio Perusino. Et dñs Petrus de vbaldis de pusio: iuris vtriusque doctor: ac legens ordinariā lectionē iuris canonici in studio predicto. Et dñs Petrus philippus cornio: iuris vtriusque doctor et lector eiusdē studij in iure ciuili. Et dñs Sigismundus de vbaldis iuris vtriusque doctor et in studio perusino lector. Et dñs Angelus de cantagallina de pusio iuris vtriusque doctor: ac predicti studij lector. Et dñs Bartholomeus socinus: iuris vtriusque doctor. Et dñs Antoni⁹ cochus: iuris vtriusque doctor florentinus. Et dñs Franciscus gr̄ici de pepis florentin⁹. oēs tres in studio Pisano legētes. Idem etiā cōsuluit magister Bonagratia de Bononia ordinis minorum: ac theologie magister et lector. Predictus etiam dñs Martheus de vbaldis: vnus ex dñis rote edidit vnum pulcrū tractatum ad demonstratiōem iusticie montis pietatis: qui incipit. Deus qui charitas es. In quo incōuincibiliter p̄bat cōtractus montis esse iustissimos. et ego ipm vidi. Et ibi inf̄ alia d̄r. Mōs iste pauperū: quem boni viri montē benedictuz vel pietatis appellant. Et idem etiam clarissime elucidauit pater frater Ludouicus Turranus

que dicitur Approbationis

vt supra dictum est in sua apologia cōtra aduer-
 sarios Montis. Et idem cōsultuit venerandus
 pater Frater Nicolaus de Padua iur̄ doctor
 z monarcha: qui secularis existēs fuit Vicarius
 Reuerēdissimi domini Fantini Ep̄i Paduani
 z nunc Ordinis nostri existens fecit summā am-
 plissimā de casibz cōscientie. Similiter reueren-
 dissimus pater frater Hieronym⁹ Tornicellus
 iur̄s vtriusqz peritissim⁹: z nūc Vicarius gene-
 ralis idem cōsultuit. et publice disputavit in ci-
 uitate Narnie: vbi confusi remanserunt aduer-
 sarij Montis. Et idē p̄sulerūt p̄dicatores plu-
 rimi eiusdem Ordinis: quos recitare ad presens
 esset nimis plūm. Idem etiā cōsultuit domin⁹
 Jacobo philippus de Archiep̄s byteris de Peru-
 sio: Abbas sancte Marie vallis pontis: iur̄s ca-
 nonici doctor. Idem quoqz cōsultuit z clarissi-
 me demonstravit Venerādus pater Frater Phi-
 lippus de Roringo mātuā⁹ Ordinis Mino-
 rū in suo defensorio Montis. vbi post multas
 argumētatiōes sic ait. Ex p̄dicis inferunt ali-
 qua corollaria. Primum qd Mons matua-
 nus gratis matuat pauperibz. Et qui assereit op-
 positū: ignozans est: vel maliciosus z litigiosus
 z forte vtrūqz: quia excecavit eū malicia. Se-
 cundū corollariū. Qd affirmare tales Montē
 cum captis suis esse iustū z a sp̄s sancto inspira-
 tum: est hūilis cōfessio veritatis: z grata recogni-
 tio diuine illustratiōis: z pietati fidei christiane
 optime consentaneū. Tertiu corollariū: qd pre-
 sidēs Montis ipsius laudandi sunt. z maxi-
 me merent apud deū qui gratis z amore dei im-
 pendūt operas in isto cōtractu pietatis: gerētes
 vtiliter negotia miserabiliū psonarū sola spe re-
 muneratiōis eterne. dūmodo al'as sint in statu
 merendi: z p̄functorie res agatur. Alios etiā of-
 ficiales qui locant operas suas pro mercede tem-
 porali in hoc cōtractu iustissimo nihil prohibet
 mereri: dūmodo sint in statu merendi: et ipsam
 mercedē ordinēt ad aliquē bonū finem. Quar-
 tum corollariū: qd dicens Montē pietatis man-
 tuanū esse vsurariū: nimis inuicē p̄prio sensui:
 z ideo est temerarius et p̄sumptuosus. Quin-
 tum: qd affirmans: predicans: seu dogmatizans
 ipsum Montē esse vsurariū: peccat mortaliter.
 z est excommunicatus: nec p̄t absolui nisi a perso-
 na rhomani p̄ntificis. p̄ter qz in articulo mortis
 Et in eim ab omnibz vitandus est. quia qui di-
 scit ei Aue: z munitur eius operibus malignis
 ij. Joan. z c. omnis qui. xxiij. q. j. Sextum co-
 rollariū. Talis sit affirmas seu predicās vel dog-
 matizans: reddit se suspectuz de heresi. Et ista
 duo corollaria intelligunt de illis quibz innotu-
 erūt littere apostolice vel potuerūt innotuisse si
 voluissent. Septimū: qd non est dubitādum
 nec tanqz dubium peractandū apud catholicos
 An ipse Mons sit iustus: pius: et sanctus. sed
 tanqz quid firmū z certū est tenendū: cōfitendū

z predicādum. Nec ille. A Pluries quoqz
 in publicis disputationibz aduersarij Montis
 fuerūt confusi: z p̄ sententiā prolata iudice con-
 demnari. Sed omissis multis vt de disputatiōe
 facta Fauētie z alijs qz pluribus: solum tres sen-
 tentias referam datas post disputationem.

Prima fuit data Florentie: quā ego vidi sub
 scriptam manu p̄pria notarij qui eam tradauit.
 Et est talis. In nomine dñi Amen. Anno dñi nos-
 tri Jesu ch̄i ab eius incarnatiōe. Mcccclxxij.
 Indictione. vj. et die. xxiij. mensis Aprilis. B̄ca
 fuerunt omnia infrascripta in sala magna Ar-
 chiep̄scopalis curie Florentine: vicz in sala supe-
 riori presentibz testibus ad infrascripta omnia et
 singula vocatis: habitis: z rogatis. vicz Magni-
 fico Laurentio Petri Cosme de medicis decreto
 publico patris patrie: z Frāscisco Nicolai de Lho-
 achis: z Jacobo dñi Pogij: et Renato dñi Pe-
 tri de Pasis: et Braccio dñi Dominij de Mar-
 tellis: et alijs multis: z magna multitudi-
 ne populi Florentini. Et assistentibz etiā multis famo-
 sissimis doctoribz vtriusqz iur̄s: z iur̄s sacre pa-
 gine: z alijs venerādis viris tā religiosis qz secu-
 laribus. Reuerēdus dñs Dñicus de Bochis
 de Parma: iur̄s vtriusqz doctor: dignissimus
 vicarius reuerendissimi in ch̄o patris et dñi. d.
 Joā. de Dietisaluis dei gratia Archiep̄i Floren-
 tine: Preposita disputatiōe circa ordinationem
 Montis pietatis nup factam in ciuitate Flore-
 tie: circa remotionē hebreoz ad vsuras muruan-
 das: z ordinationē de muruo fiendo nomine cō-
 munitatis Florentie indigentibz de cetero: cū re-
 petitione pignoris: z ordinationē salariorū soluen-
 doz institutoribz z custodibz z alijs p̄dicto Mon-
 ti necessarijs. Et assistentibus p̄dicatozibz p̄ntis
 anni siue p̄terite qdragesime: tam in ecclesia ca-
 thedrali: qz in ecclesia sancte Marie nouelle: qz
 sancte Felicitatis: qz sancte Crucis de Florentia
 Et maxime magistro Christophoro de Massis
 qui predicauerat in dicta ecclesia sancte Felicitatis.
 z magistro Thomasio de Bergamo q̄ pre-
 dicauerat in dicta ecclesia sancte Marie nouelle.
 Qui duo p̄dicatores dicebant z p̄dicauerāt di-
 ctam ordinationē Montis non esse licitam: nec
 sine peccato: z esse vsurariā. Lius cōtrariū pre-
 dicauerūt dicti p̄dicatores alij: vicz Magister
 Jacobus de Lallio in ecclesia cathedrali: et Fra-
 ter Fortunat⁹ de Perusio in ecclesia sancte cru-
 cis. Et auditis allegatiōibus publicis vtriusqz
 partis: et rōnibz ac iuribz hinc inde deductis: tā
 per magistros sacre pagine qz per doctores vtri-
 usqz iur̄s. Et visis trigintasept̄ consilijs famosis-
 simoz doctorū consulentiū pro pre pro qua pre-
 dicauerāt dicti Magister Jacobus et frater For-
 tunatus. Et visis alijs ordinamētis similibz in
 pluribz ciuitatibz factis. Et visis cōfirmationibz
 z breuibz ap̄licis sup̄ p̄dictis. z p̄cedētibz indulgē-
 tijs subueniētibz dicto Monti. et oibz visis zc.

Secūdi tractatus Pars. v.

Christi nomine inuocato: dictum Montē et eius ordinationē auctoritate sua approbavit: et licitum esse et non usurariū declaravit: et nullā cōtinere usurā v'l usure peccatū: nec q̄ ad cōmune: nec q̄ ad locātes ibi operas suas Lum hac tamen limitatione: q̄ in cōstitutione salariorū dicitur locantibus operas suas: et ministris: Ipse vicarius v'l q̄ loco vicarij esset: vel archieps semper debeat interuenire: et cum eius consensu fieri. Et p̄terea monuit et p̄hibuit dictos cōtrarij p̄dicantes p̄ntes et audientes: ne de cetero audeant in sua diocesi Florentina alit̄ modo aliquo p̄dicare v'l cōtra. Et sic monuit eos p̄ p̄mo: sc̄do et tertio p̄emptorio sub excomunicatiōis pena: in quā ipso facto incurrisse intelligant̄ qui contra fecerint. Rogātes me Simonē notariū zc. Et ego Simō gracini Jacobi gracini: ciuis Florentinus impali auctoritate iudex ordinarius: ac notarius publicus Florentin⁹ predictis omnibus interfui. et ea publice rogatus scribere: scripsi et annotaui in meis protocol. Et facio etiam fidem qualis memini q̄ idem ipse Frater Fortunarus publice ostendit bullam seu litteras aplicas per quas cōfirmabat̄ ipsi⁹ Montis pietatis p̄dicatio. Hec vbi s̄. ad l̄ram. Secunda disputatio postq̄ lata fuit snia in fauorem Montis: fuit facta in ciuitate Narue. Unde ego vidi l̄ras testimoniales triū notariorū Perusinorū manu eorū factas: et sui tabellionatus signo munitas. In quibus faciunt fidē et in verbo veritatis attestātur qualiter viderunt et legerunt duo instrumenta celebrata sub āno a natiuitate dñi M. cccc. lxxv. vij. die. xx. Maq̄. scripta et publicata manu dñi Francisci iuuenal. de nobilibus de marginara publici notarij Naruensis. In quorū vno cōtinetur qualiter reuerēd⁹ dñs Karolus de Bohardinis Ep̄s Narniensis tanq̄ pius et misericors pater erga pauperes: visis certis capitulis factis sup Monte pietatis ad pauperū ac miserabilium personarū subuentionem ciuitatis Perusine et ciuitatis Mancuane: et certa copia bulle Innocentie pape octauī sup approbatione et cōfirmatione Montis et caploz ciuitatis Narue: et etiā filijs caplis ciuitatis Narnie et filijs collegij Perusini: et aliorū famosissimorū theologorū et doctorū iur̄ canonici et ciuil̄: dictū Montē Narniēse cū oib⁹ suis caplis tanq̄ piū: iustū: ac sc̄m p̄firmavit et approbavit: obsequatq̄ p̄cepit sub pena excomunicatiōis late sententie zc. In altero etiam instrumento continēbatur qualiter etiam illustri domin⁹: do. Bartholomeus de ruere: gubernator dicte ciuitatis Narnie: visa et intellecta pulcra disputatiōe facta in cathedrali ecclia Narniensi: in presentia prefati dñi Karoli Ep̄i ante dicti: et prefati domini gubernatoris et pretoris: et multorū p̄clarissimorū doctorū: et coram oī poplo inter fratres ordinis cuiusdā ex vna pte: q̄ ibi nominant̄ spez

cifice. sed ego eos non nominō: ne eos oībus populis exosos reddam: qui asserēbant capla dicti Montis ciuitatis Perusine et Mancuane vsu rariā prauitātē cōtinere: et consequer peccatum mortale. Et fratres Minores de obseruātia ordinatores dicti Montis pijsimi ex alia: sic etiā visis p̄dictis caplis et cōsilijs et copia p̄dicte bulle: dictum Montē Narniēsem tanq̄ piū: iustū: et sanctū approbavit et confirmavit: obseruariq̄ mādavit sub pena dncatoz centū camez re aplicē irremissibilē applicandorū: p̄tē pleni⁹ et latius in dictis instr̄is cōtinetur. Et ad fidem p̄dictorū: manu nostra p̄pria subscripsimus zc.

Tertia hō publica et solēnis disputatio postq̄ data fuit sententia in fauorē Montis p̄dicti: facta fuit in. M. cccc. lxxv. die. xvij. Septēbris. Quo quidē die reuerēdissimus d. Jacobus de Marrētio aqlanus: iur̄ vtriusq̄ doctor eximius qui multis annis legit in iure in studio Paduano: existens vicari⁹ generalis Ep̄atus ipsius ciuitatis: congregatis doctorib⁹ collegij eiusdē vrbis: et in presentia eorū et aliorū sapientū et populi cremonensis: auditis allegatiōib⁹ vtriusq̄ partis: cum consensu oīm p̄dictorū doctorū sententiavit et diffinituit p̄dictum Montē pietatis cum solutione ipsius denarij: esse iustū et bonū. Mandās sub pena excomunicatiōis late sententie nequis secularis vel eccliaicus oppositiū p̄dicare vel psuadere publice vel occulte: directe vel indirecte: nec aliquo quōs colore p̄sumat: v'l alio modo elemosynas ipsi Montis faciēdas impedire. quā quidē sniam in forma autentica per manū notarij publici ego habeo. S; tamē ipse aduersarij Montis: nō obstāte dicta snia: statim cū inde recesserūt: fecerūt monasterij sui campanas festiuas sonare more suo solito: vt rudibus p̄b suggererent se de sua falsa opinione victoriā reportasse: et sniam in suū fauorem fuisse datā. Unde p̄dictus dñs vicarius et d. commissarius ciuitatis p̄dicte qui omnib⁹ interfuerat: eis p̄cipi fecerūt vt a tali pulsatiōe desisterēt. Et prefatus dñs vicarius publice dixit populo: q̄ eorū opinio est falsa. Sed heu: quia p̄dicti rebelles et impugnatōres veritatis: licet sepius cōfusi sint et publice superati vituperabiliter: non solū in dicta ciuitate Florentie ac Narnie et Cremonē: sed etiā Placentie et Mancue: Fauentie: ac in alijs plurib⁹ locis: Tū in sua p̄erua p̄durātes: bñe sc̄s Montē p̄seq̄ nō cessant vt destruar̄: et dicunt. Iste cōtract⁹ nō est nob bene clarus. Et verū dicunt. Sicut em̄ nihil bene videt̄ in aq̄ turbida: ita ipsi veritatē et iustificatiōē Montis cognoscere nequeūt turbida ex passiōe p̄scia et anima. Quia vt ait P̄bs. j. Elenē. Conturbati minus possunt obseruare omnes.

Pars sexta huius Tractatus que dicitur Regulationis.

De Ro expeditione

Debuit prius Queri potest An mos pietatis debeat gubernari et regi a diuitibus vel a pauperibus. Et primo videtur dicendum quod a pauperibus: duplici ratione. Primo: quia ut dictum est supra Illi qui sentit commodum debet etiam sentire incommodum. c. qui sentit. et c. rationi. de reg. i. l. i. vj. et c. rationis. ceterisima di. Non enim est preferendus qui lucrum amplectitur: onus autem subire recusat: ut ait imperator in l. vnica. §. pro secundo. in fi. l. de cadu. tol. Sed paupes sentiunt commodum Montis: ergo etiam sentire debent incommodum gubernationis. et ideo debet eum custodire et regulare eorum seruire. Secundo: quia ad vnumquemque pertinet re sua custodire. An non est culpatus ille qui ut rem suam custodiret: neglexit alienam. l. qui seruadaru. in pn. ff. de pscript. ver. De quo per glo. de peni. dist. iij. c. qui vult. Sed Mos iste est pauperum: ut supra dictum est. ergo ad eos pertinet eum custodire et gubernare. Sed his non obstantibus: videtur melius quod debeat regi a diuitibus. Primo: quia custodientes Montem debent principi et Episcopo ac maioribus civitatis dare fideiussorem: ut seruet illum illesum. Sed hoc paupes non possunt agere: quia non habent unde recopensare possint: et tamen de omni damno quod accideret ipsi Monti tenerent satisfacere: nec etiam fideiussorem idoneum qui ad predicta se vellet obligare possent facile inuenire: imo quasi nunquam inuenirent. Ut enim inquit Martialis poeta in lib. Epigra. Colligit ingratas paup amicitias. Secundo: quia sequerentur multa inconuenientia si pauperes pecunias Montis erigerent: et plures in comoditates eorum et sue familie. Maxime quia oportet et illos defendere ipsum Montem a psonis maluolis: quod paupes non possent facere. Nam quandoque necesse esset illos accedere ad curiam principis vel proxi. Sic autem Duidius in iij. libro sine titulo. Luria pauperibus clausa est. Contra vero de diuite dicit Prover. xix. Multi colunt personam potentes. Et Ibi. in li. soliloquorum ait. Ubique pecunia vincit. Deus vero mendicitatem spernit. Et Prover. xij. dicit Salomon. Etiam proximo suo pauper odiosus est. Ideo inquit Phis. iij. Poli. Rationabiliter preparant honori nobiles et diuites. Tertio: quod maius esset periculum ipsi Monti si committeretur cure pauperum. Nam ut dicitur Eccl. xxvij. propter inopiam multi deliquerunt. Et in vulgari proverbio dicitur. Ebe il bel infurare fa lbo lardo. Quarto ex eo quod custodia ipsi Monti est bonum vniuersalis: pertinet ad vniuersalem regem facere custodiri et gubernari illum: et consequenter eligere custodes et gubernatores eius. non autem ad pauperes: qui eligerent aliquos de seipsis. Seruanda est ergo doctrina que habet in l. j. l. de codicillis in horreis publi. libro. x. vbi dicitur. Custos eligi debet nobilis: prudens: fidelis: et optimus

me notus per integritate meriti. Non obstat autem in contrarium adducta: quia paupes sentientes commodum Montis bene sentiunt etiam aliquod incommodum in solutione expensarum que fiunt pro eis. Presertim si ipsi paupes regerent: hoc esset magis ad incommodum ipsius Montis quam illorum. et sic quod in fauorem alicuius introduceret: retroqueret ad eius odium et damnum. quod esse non debet. l. quod fauore. l. de legi. l. nulla iuris ratio. ff. eodem. et c. quod ob gratiam. de reg. i. l. vj. Ad secundum autem respondetur quod est verum in rebus particularibus et propriis. non autem in communibus et vniuersalibus que debent gubernari: ut dictum est per gubernatorem vniuersalem nomine totius communitatis ad quam spectat. Quod enim est commune vniuersitatis: non potest dici proprie esse singulorum. l. tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum di. Et ideo non spectat ad singulares personas talis gubernatio. Et potest adduci ad predicta quod vnusquisque diligentius custodit propria quam communia: ut notatur in capitulo. j. extra ne se de va. et per Joa. An. in c. cum venisset de restit. spol. Et ideo oportet particulares custodes mercenarios auctoritate publica deputari. Prefata predicta bona sunt ipsorum pauperum in communitate imitate tamen. ut non possint presumari etc. Et non tamen presentium pauperum: sed etiam futurorum. Quibus limitationibus et futuris indigentibus posset fieri aliquis fraus: si paupes presentes dicta bona ministrarent. Et forte ad particulare traherent commodum que ad perpetuum vsum commune sunt ordinata: pro ea que haberetur in c. que ad perpetuum. xxv. q. j. l.

Primus autem rector et gubernator principalis istius Montis cuius auctoritate debet eligi a communitate particulares custodes et gubernatores atque officiales: est princeps et prelatus spiritualis et temporalis: de quo est credendum quod omnem fauorem possibilem sibi prestabit huic sancto operi. Quilibet enim credendus est esse bonus et benignus: nisi expresse contrarium appareat. c. vnico. de seru. in oz. faci. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de rem. l. penul. l. de cur. et l. omnimodo. l. de inoff. test. Nec aspicias presumis in memor eterne salutis. l. si. l. ad legem iure. et cle. vnica. in. iij. col. d. iureiu. Et ad hoc est triplex ratio presumendi. scilicet sublimitas: conformitas: et fidelitas. Primo sublimitas: quod secundum Plutarchum de instructione Traiani Princeps est in populo sicut caput in corpore. Unde Hugo de sancto Vic. in. v. de sacramentis c. viij. ait. Terrena potestas caput habet regem et spiritus summum pontificem. Et ideo princeps et prelatus quilibet debet habere excellencias illas super suos subditos quos habet caput super omnia membra corporis. De quibus inquit diuus Ambrosius in ultimo li. hexameron. Homel. vltima. Ut ceelum eminet aeri: terris: et mari: que vult quodam membra sunt mundi: Ita etiam caput super reliqua artus nostri corporis cernimus eminere prestantissimum omnium tanquam inter elementa celum: ac tanquam ar-

Secūditractatus Pars. VI.

em inter reliqua vrbis inenia. et in arce hac regale quandā inhabitare sapientiā fm ppheticū dictum. Quia oculi sapientis in capite eius: bāc q̄ esse ceteris tuciorē: et ex illa oībō mēbris vigo rem puidētiāq; deferri. Quid em̄ robur et valēditas lacertoz p̄ficiat? Quid velocitas peduz nisi capitis velut p̄ncipis sui impialis quedam adminiculē potestas: Ex b̄ em̄ aut destrucūtur vniuersa: aut om̄ia fulciunt. Caput itaq; oculis explorat om̄ia: aurib; occulta rimatur: cognoscit abscondita: audit quid alijs agat in terris: in eo est sedes om̄iū nostrorū sensuū: illic est fons vniuersorū. Quid em̄ sine capite est homo: cum totus sit in capite: Lum caput videris: homines agnoscis. Si caput desit: nulla esse cognitio potest: iacet truncus ignobilis sine honore: sine nomine. Non imerito igit̄ huic quasi cōsultori suo cerera mēbra famulant: et circūferūt illud seruilē gestamē: ac sic numē in sublimi locatum vehunt: vnde cēloria potestate quo vult ea dirigit velut quorūdam obsequia seruulorū: et p̄cepta singlis obediēda decernit. Videas impatori suo singula gratuito stipēdio militare. Alia portant Alia possunt. Alia defendūt: vel ministeriū suū exhibēt. parent vt p̄ncipi. ancillant vt dño. Nec ille. Sicut q̄ caput nō sibi soli vider: audit: odorat et gustat: sed om̄ib; mēbris et toti corpī: Ita etiā p̄nceps et p̄latus debet non sibi soli intendere et p̄desse: sed cōmūb; suis subditis. Cū Hiero. super Hieremiā p̄phetam: et habet in c. regū officiū. xxiij. q. v. ait: q̄ regum officiū p̄p̄riū est facere iudiciū et iusticiā ac liberare de manu calumniantū vi oppressos: et peregrinis: pupillisq; et viduis p̄bere auxiliū etc. Et in. l. imperialis. l. de nup. inquit imperator. Imperialis beniuolētie p̄p̄riū esse iudicātes vt om̄i tempore subiectoz; cōmoda tam inuestigare q̄ eis mederi p̄curem? et in. l. p̄uilegia. §. si. l. d. sacrosan. eccl. itez dīc. Humanitas nostre est egenis p̄spicere: et dare operā vt pauperib; alimēta nō desint. Debent ergo p̄ncipes et p̄lati inuigilare p̄fectib; subditoz; sicut se facere dicebat p̄dictus impator in auten. de armis. in p̄n. et in auten. debere. et sal. in prin. et in auten. vt iudi. sine quoquo suffra. in prin. Et idē credendū est de p̄ncipe nostro. Non enim sumus sub tyranno. Tunc autē essem⁹ sub tyrānide q̄si non possem⁹ libera voce dicere et defendere bonuz publicū. l. quinq; summāres. l. de decu. li. x. Et merito p̄ncipes debent insudare suorū subditozū vtilitatib; cum eorum vtilitas et bonum redundet in ipos p̄ncipes. §. cogitatio. in auten. vt iudi. sine quoq; suff. Et idē est de malo. Unde Prouer. xiiij. dicit. In multitudine populū dignitas regis: et in paup̄tate plebis ignominia ei⁹. Et ideo nō mirū si p̄nceps noster fauet huic Monti p̄ quē eius populus liberatus est a voragine vsurorum hebraicaz que depaupabant suos subdi-

tos. Quinta ratio p̄sumendi est cōformitatis. s. ad deum: cuius vicem gerit in terris: et a q̄ p̄ncipatum accepit. quia oīs potestas a deo est: ad Rbo. xiiij. Sap. vi. et Dan. iij. et xxiij. q. j. c. quid culpaf. et q. iij. c. quesitū. et ideo debet ipm̄ deuz imitari in pietate. d. l. impialis. l. de nup. Dicit em̄ in. l. si. in fi. l. de dona. inter vi. et vxo. Nihil tā peculiare est impialis maiestatis q̄ humanitas: per quā solam dei seruat imitatio. Contrariū autē facientib; inq̄ Salomon Sap. vi. Audite et intelligite reges quibus a dño data est potestas: et vir⁹ ab altissimo: qui interrogabit opera vestra: et cogitaciōes scrutabit. Quoniā cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis legem iusticie: neq; fm̄ voluntatem dei ambulastis. Nozrende et cito apparebit vobis: Quoniā iudiciū durissimū his qui p̄sumunt fieri. et potentes potenter tormenta patient: et fortioribus fortior instat cruciatio. Item vltra eternā damnatiōez et penas infernales: etiam in hoc seculo punit sepe deus malos p̄ncipes: auferendo eis p̄ncipiū parū. Ad ipm̄ em̄ qui dedit p̄ncipet tollere: ac auget: conseruare: et confirmare. l. j. l. de vere. iij. enuc. Unde p̄pheta ait ps. cxxvj. Nisi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat q̄ custodit eā etc. Tertia ratio p̄sumendi dicit fidelitatis. Sicut em̄ subditi debēt esse fideles suis dominis et p̄ncipib;: ita etiam ipsi p̄ncipes tenent eis vicē respendere fidelitatis. c. de forma. p̄xij. q. v. et c. esto subiectus. xcv. di. et c. peruenit de iurciur. et c. nihil iniquus. xxij. q. vj. cum si. Credendū est igit̄ q̄ p̄nceps noster qui non est minoris beniuolētie et fidelitatis erga populum suū q̄ alij ita letaf et gratuz habet Montē in terris suis sicut alij p̄ncipes in suis: imitando clementissimuz impatorē Justinianū qui in. l. vnica. §. vlti. l. de caduc. tol. ait. Tantū etem̄ nobis supest clementie q̄ nec fisco nostro pepcimus: nec augustum p̄uilegiū exercemus. sed quod cōmuniter omnibus p̄dest: hoc rei priuate et nostre vtilitati p̄ferendum esse censemus: nostrū esse p̄p̄riū subiectoz cōmodū impialiter existimantes. Nec ibi. Et idē possumus dicere de hac cōmunitate. Cū em̄ multe terre et p̄munitates atq; ciuitates minores ista: cito fecerunt Montē. quare nō etiaz hec nobilis: diues: et inelyta terra? De Deo mino quoq; Ep̄o idē firmiter credere debem⁹. Ut em̄ p̄spicue cernimus ipse seruat illud qd̄ dicitur. viij. q. j. in c. Clemēs. Qui om̄ib; p̄est: singulos debet put potest inuare et singulos releuare qui singuloz onus et sollicitudinē portat. E Quo ad regimē vero officialiū et om̄iuz regulantiū ipm̄ Montē: dico. q̄ seruare debent illud apli documētum. s. ad Loz. iij. q̄ ait. Fratres: sic vos existimet hō vt mistros dei et disp̄satores ministerioz dei. Dicit iam q̄rit inf̄ disp̄satores vt fidelis q̄s inueniat. Cōmunitas vobis eligēs ipsos rectores debz seruare illud qd̄ dicit

que dicitur Regulationis

in Cle. quia cōtingit. de reli. do. f. Forū locorum gubernatio viris prouidis: idoneis: et boni testi- monij cōmittatur: qui sciant: velint: et valeāt lo- ca ipsa: bona eoz: ac iura vtiliter regere. et eozum prouētus ac redditus in psonarū miserabilium vsū fideliter dispensare. et q̄ in vsus alios bo- na p̄dicta puertere p̄sumptio verisimilis nō exi- stat. In quibus sub obestatiōe diuini iudicij il- los ad quos dicitur locoz cōmissio pertinet cō- scientias oneramus. Illi etiā quibz dicitur loco- rū gubernatio seu administratio cōmittet. ad in- star tutorz et curatorz iuramentū p̄stare: ac de lo- corū ipsoz bonis inuentaria conficere. et ordina- rijs seu alijs quibz subsunt loca hōi: vel depu- tatis ab eis: annis singulis de administratione sua teneātur reddere rationem. Hec papa Cle- mens. et loquit̄ de gubernatoribz hospitalium. Sed vbi est eadē ratio: debet esse eadē determi- natio. l. a. rictio. ff. de p̄bo. ob. Et ideo idem dicen- dum est in factore et messario Montis. Immo q̄ vbi mai⁹ est piculū: ibi cautus est agendū. c. vbi periculū. de elec. in. vj. In hoc Monte pie- tatis vbi contractat pecunia que manibz et digi- tis vt quidā viscus inheret et difficile excutitur: oportet eligere gubernatores omni suspiciōe ca- rentes: sicut fit vt ordinatur: est per statuta. Qui dant cautionē idoneam et securitatē de bono re- gimine zc. Et ideo nemo debet dubitare in bene faciendo ipsi Montē: dices. Quō regulabitur: Et quis bene manutracabit pecuniā et denari- os zc. Omnibz em̄ optime p̄sum est. Nam eli- gūtur officiales qui habent illas condiciōes q̄s tangit Dauid p̄. xliij. dicens deo. Dñe quis ha- bitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in monte sancto tuo: Et respōdet. Qui ingreditur sine macula et opatur iusticiā. Qui loquit̄ verita- tem in corde suo. qui non egit dolum in lingua sua: nec fecit proximo suo malum: et opprobriūz nō accepit aduersus proximos suos. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. Timē- tes autē dñm glorificat. Qui iurat proximo suo et non decipit. Qui pecuniā suā nō dedit ad vsu- ram: et munera sup innocētē nō accepit. Qui fa- cit hec non mouebit̄ in eternū. Et illas quas idē p̄pheta ponit p̄. xliij. dicens. Quis ascendet in Montē dñi: aut quis stabit in loco sancto ei⁹: quasi dicat. non diaboli: vt vsurarioz: ad quem multi currunt. nec dubij: vt Florētini vel Janu- enses aut Veneti: de quo aliqui doctores dubi- tāt. S; ad istū sc̄m Mōrē dei. Et r̄idet. Inno- cens manibz et mundo corde. Qui nō accepit in vano aiām suā: nec iurauit in dolo p̄rio suo zc. q̄si di. q̄ tales officiales debent esse mūdis ma- nibz et lingua veraci: breuibz vngulis: et rostro colūbe nō mlui retorto: manibz apris: manicis curtis et largis ad instar diaconi ministrantis. Quia vt d̄. Act. vj. ca. Electi sunt septē viri bo- ni testimonij et pleni sp̄s sancto qui ministrarent

viduis et alijs indigentibus. Hoc em̄ exercitiū ee officij nō est hoim sed dei: loco cui⁹ faciunt. Et ideo si nō bñ administrabūt: in caput eoz redū- dabit. Und. ij. Paral. xij. dicit̄ illud qd̄ optime potest illis dici. f. Videte qd̄ faciatis. nō em̄ ho- minis exercetis iudiciū: sed dei. et q̄dcūq; fecerit- is: in vos redundabit. Sic timor dñi vobiscū: et cum diligentia cuncta facite. Non est em̄ apd̄ deū nostrū iniquitas nec psonarū acceptio nec cu- pido munerū. Hec ibi. Vt igit̄ vsurpantibz vel dilapidantibus seu aliquo modo defraudantibus bona Montis: quia deus faciet de eis terribile iudiciū sicut fecit cōtra Heliodoz q̄ ad templū dei in Hierusalē prexit vt auferret argētum qd̄ in eo depositū erat ad victualia viduarū et pu- pillorū. vt habet̄. ij. Mach. iij. Nemo ḡ sibi apd̄ propriet̄ p̄dicta bona deposita p̄ pauperibz que etiā stulti timēt sibi vsurpare. Vñ Petr⁹ stult⁹ Padue renuit comedere duo oua Montē obla- ta dicens. Absit vt dicatur q̄ petrus fuit p̄mus qui comedit de Mōrē. S; posico q̄ pre- ter intentionē eligentiū aliq̄s ex ipsis ministris nō bñ se exhiberet fidelē: nō est iputandū Mon- tē nec p̄sidētibus ei⁹ debitā prouisionē et diligen- tiam facientibus. ar. in c. de occidendis. xliij. q. v. Vt em̄ non accidat p̄dictum incōueniens: debet cōmunitas obseruare illud qd̄ dicit̄ Exo. xvij. scz Provide. i. cum magna deliberatione elige: de om̄i plebe. hoc est absq; psonarū acceptiōe: vi- ros. i. viriles: non effeminatos nec pusillanimes vt mulieres: potentes. i. q̄ non sint paupes: et con- sequenter nō bene apri ad talē p̄uincā assumen- dam: ac timētes deū. i. bone cōscie: in quibus sit veritas. i. q̄ non sint simulatores vel deceptores pauperū aut Montis: et q̄ sc̄nt̄ veritatē et non inordinatā affectionē. s; seruiat̄ generalr omni- bus egenibz. et q̄ oderint auariciā. i. nō querant suū lucrum sed cōem pauperū vtilitatē: et omni- tpe gubernent et sollicitent ipm Montē. Dicit̄ em̄ leges. Qui habet aliqd̄ in deposito non dor- miat. S; nemini. in auten. de depo. Vñ Paulus ait. ij. ad Timo. j. Bonū depositūz custodi. Be- atus aut̄ ille officialis de q̄ dici poterit illud qd̄ ait saluator Mat. xxij. et Lu. xij. Fidelis seru⁹ et prudens quē constituit dñs sup familiā suāz vt det illis cibum in tpe. Beatus ille seruus quē cū venerit dñs eius inuenerit sic facientē. Amen dico vobis: qm̄ sup oīa bona sua cōstituet eum. S; Sed diceret quis. Quō sufficiet nobis Mons: cum iudei vix sufficiant de tot milibus ducatoz subuenire mutuatarijs: Respōdetur Primo q̄ iudei non mutuunt tantū quantū dis- cunt: vt p̄z ex libris eoz. Secundo q̄ deus au- gmentabit Montē euz tpe: ita vt possit suffice- re: iuxta illud Ap̄li. ij. ad Cor. ix. Qui dat semē seminanti: auget et multiplicabit incrementa frugum iusticie vestre. Ipse em̄ qui de q̄nq; pas- nibz et duobz piscibz satiauit q̄nq; milia hoim:

Secūdi tractatus Pars. VI.

Joan. vj. Et singulis annis facit de paucis granis nasci frumentū in magna copia. et de parua glāde exurgere magnā quercū: etiā Montē pietatis a principio parū: faciet crescere in montē altissimū. Et sic quāto magis p̄barao p̄sequēbat̄ p̄p̄m dei: tanto amplius multiplicabat̄ et crescebat: Exo. j. Sic quāto magis aduersarij pietatis Montē ip̄m p̄sequant̄: tanto plus eū crescere faciet deus. Et verificabit̄ illud Duidij. in. ij. Meta. Debile principij melior fortuna sequet̄. Possumus em̄ dicere de ip̄so Monte illud ps̄. lxxvj. Ip̄se fundauit eū altissimus. Et ideo ampliabit̄. Unde videmus quātidie Montes in diuersis terris erigi. Quo exēplo alie terre ad simile debent incitari: nec desistere p̄ eo q̄ aliq̄ terre nō faciant Montē. Seruari em̄ debet doctrina Hieronymi ad Julianū dicentis. Nō te terreāt descendentes: sed puocēt ascendentes. Nunq̄ a malis exēplū sumit̄ etiā in seculi reb̄. sed a meliori parte incrementa h̄rūtū sunt. **N** Ad augendū autē Montem multi sunt modi. Primo vt fiat societas Montis tā ex viris q̄ mulierib̄: tā eccl̄iasticis q̄ secularib̄: q̄ oēs offerāt aliqd̄ Monti singulo mense. puta in p̄ma dñica mensis vnū solidū vel dimidiū. Et melius faciet illi de societate soluendo simul in vna vice illud qd̄ soluere debet p̄ toto anno: quia sic Montē valde p̄derit et sibi parū dispēdiū faciet: et euitabūt periculū non soluēdi. q̄ multa accidere p̄nt impedimēta p̄p̄ que nō poterūt ire ad offerēdū: nec mittere oblationē suā tpe staturo. Qui autē cito dar: bis dat. vt notat̄ in. s̄. item si ille. insti. de fideiuss. et in. s̄. plus aut̄. insti. de acti. Et ideo p̄pter habendum mai⁹ meritū: in multis terris nōnulli de societate Montis soluūt a principio per multos annos pro se et p̄ tota familia sua similr̄ existēte de societate ip̄s⁹ Montis. Itē diuites et illi q̄ habēt animū generosum et magnanimū licet sciat̄ se nō teneri de necessitate nisi ad soluēdam certā parūā q̄ntitatē pecunie p̄ singulo mēse si volūt gaude re p̄uilegijs societatis. que parua q̄ntitas est ordinata vt etiam paupes possint esse de societate. **T**ñ fm facultatū suarū abundantia largit̄ offerūt Monti vltra p̄paratā summā. Secūdus modus augēdi Montē erit: si impetrent̄ indulgentie et p̄uilegia oib̄ de hac societate p̄ntibus et futuris. et q̄ mortuo vno alius possit surrogari loco eius: ita vt nunq̄ deficiat numer⁹ confrat̄rū Montis: suas oblationes pro singulis mensibus faciētū. **T**ertio mod⁹ erit. Si quilibet anno ordinatum fiant oblationes ip̄s⁹ Monti. et nō solum p̄culares p̄sone aliqd̄ offerrent: sed etiā paratice artū et cōitas atq̄ collegia. et quilibet cōgregatio et societas: ac aliorū locorū p̄iorū rector̄. Poterit autē hec oblatio particularis: et generalis et p̄teular̄ fieri vna vice simul omni anno: vel alternatim per singulas portas ciuitatis aut terre. **Q**uart⁹ mod⁹ erit. Si quilibet anno

impetret̄ indulgentia plenaria faciētib̄ et m̄tencib̄ eccl̄iam ip̄s⁹ Monti quāda die deputator: vt in die veneris sancti in q̄ est festū ip̄s⁹ Montis. vel in alio die: put̄ melius videbit̄ expedire.

Quinto augebit̄ Mons et adiuuabit̄ ex pecunijs apud eū depositis: vel ad tps̄ ei p̄cessis seu mutuat̄. Qd̄ maxie illi facere debent q̄ tenēt pecunias mortuas in capsis cū periculo furū et. Qd̄ em̄ tibi non nocet et alteri p̄dest: est de facili cōcedendū. l. in sūma. s̄. itē varrus. ff. de aq̄ pluui. ar. **S**exto multiplicabit̄ de donationib̄ inter viuos q̄ fient̄ Montē a deuotis et pijs christiānis. Multi em̄ facient ei donationē suorū bonorū: reseruato sibi vsufructu in vita sua vel aliq̄ redditu t̄m. Et aliq̄ donabūt partē bonorū suorū Montē liberalr̄: alia parte sibi reseruata. **S**eptimo multiplicabit̄ de restitutionib̄ incertorū que debent̄ pauperib̄. c. cum tu. de vsu. et c. non sane. ad si. xij. q. v. **O**ctauo de dispēsiōe votorū que in alios pios vsus debēt cōuerri. c. magne. d. voto. **N**ono de penis lusorū ac blasphemantū et iurantiū. et de alijs s̄ilib̄ penis q̄ congrue poterūt Monti applicari. sicut etiā incertata et vota dispensata in vilitatem Montis conuertit̄. **D**ecimo de hereditarijs et legatis atq̄ fideicommissis ac donationib̄ cā mort̄ in testamētis vel codicillis ei relictis ac factis. **U**n bene facient notarij q̄n̄ conficiūt testamētū vel codicilluz alicui⁹: ad memoriā ei reducere q̄ recordet̄ aliqd̄ relinq̄re ip̄s⁹ Monti. Et quilibet restator bñ faciet si ip̄s⁹ sancti Montis ampliatiōi aliqd̄ relinquet̄. **U**ndecimo augebit̄ de reb̄ litigiosis a p̄tib̄ litigantib̄ ip̄s⁹ Monti liberaliter largitis et cessis. Multi em̄ litigātes inter se dicēt̄ Postq̄ litigiū nostrū ita est implicitū et dubiū: nec tuū nec meū sit illud de quo litigamus. sed Monti sancto iura nostra liberaliter donem⁹.

Duodecimo adiuuabit̄ Mons ad multiplicandū p̄ assiduā recordationē et exhortationē p̄dicatoz. Qui autē nolūt Montē pietat̄ cōmendare: demonstrāt q̄ nō sunt pietat̄ amici. Et ideo eorū p̄dicationes sunt euitandē: maxime si montem impugnet̄. Qd̄ p̄bat̄ p̄c. Ponderet. ad si. l. dist. **T**ertia autē p̄ncipalis rō q̄re Mons satisfacet est: quia vt habet̄ in statutis eius. et ita ordinauerūt summi pontifices per lras aplicas: nō debet Mons passim omnib̄ mutuari sicut faciunt iudei qui ad luduz: vanitates: ebrietates: ac dissolutōes ac vicia expendendā pecuniā mutuānt indistincte. sed t̄m̄modo pro bonest̄ causis et illis q̄ indigent ac legitimā habent cām expendēdi. Et ideo pauciores denarij magis sufficiēt. Et hoc maxime interuenit in illo fuitio valde laudabili qd̄ nup̄ adinuentū est. **N**ā Mons in aliquib̄ locis luit pignora q̄ cōsumūtur vsuris vel perdunt̄ labēte termino luendi: et hoc cū ab eis ad q̄s p̄tinent ipsa pignora fuerint officiales Montis req̄s̄itū. Et infra quādecim dies ven

Pars. VII. que dicitur Oblationis

dunt ad hastam cum omni diligentia possibili
vt pauperū pignora iusto p̄cio vendant. et sepe
accidit vt pignus valoris centū ducatorū qđ pro
viginthiq; p̄debat sic a Mōte liberatū de ma
nu vsurarij ac venditū: vtilitatē p̄ferat. lxxv. du
catorū ipsi mutuatario vel circa. 7 tñ Mōs ip̄e
nō tenens occupatos illos: xxv. ducatos nisi per
quidētm dies ad plus: parū incōmodi patitur.
Nam cū eisde; statim potest luere alia pignora
et alijs paupib; subuenire. ¶ Quia igitur
hic Mons fit causa cōmunitatis pauperū 7 nō
particulariū p̄sonarū. Ideo q̄libet debet habere
cōscientiā captendi mutuū solū p̄ necessitate vi
ctus vel vestitus: sicut pro grano: vino: oleo: sa
le: p̄ano vestis: pro debitis soluendis: 7 similib;.
Item minus debet accipere q̄ p̄t vt plurib; ser
uiat. Si em̄ p̄t facere cum vno ducato: non de
bet accipere duos. Et si cū dimidio: nō debet ac
cipere vnum. Item q̄citius poterit restituat ne
vni seruiat 7 alteri nō: vel in non tanta q̄ntitate.
Et nō dicat. Eamus q; hic nō soluit nisi vn̄ de
narius pro libra vel florenno: poterimus tenere p̄
totum annū. Quia peccatū esset si valens cōmo
de reddere nō redderes: q; alius egebit p̄ sua ne
cessitate 7 habere non poterit si tu retineas sine
necessitate ex negligētia vel auaricia. Debet em̄
remisci vnusquisq; qđ inq̄t Hiero. sup episto
la Pauli ad Titū. et habet in c. Hospitalē. §. j.
plj. dist. Aliena rape cōuincit qui vltra necessa
ria retinere probat. 7 Amb. in c. Sicut bi. plvj.
dist. ait. Plus q̄ sufficit ad sumptus violenter
obtentum est. Dēs q̄ sint solliciti cito relucere pi
gnora sua: vt d̄ illis pecunijs possit alijs succur
ri. Illi em̄ denarij magis egentib; debent. Item
caueat vnusquisq; ne p̄ interpositā p̄sonam mu
tuū accipiendo staturā summā transgrediatur.
